

Oct 24 1864
Ans Z^o
Vol 12

Editor of Standard

Dear Sirs
I have the pleasure to thank you for your kind letter of the 12th ultimo, and to assure you that I have no objection to your publishing my name in your paper, and that I will do all in my power to assist you in your efforts to expose the
Nihilists. I am sorry that you have not yet received my
congratulatory address, which I intended to send you
yesterday morning, but I did not get time to do so.
I will write to you again when I have time, and will
inform you of the progress of my work.
Yours very truly
John C. Calhoun

SACRA
CONGREGATIONE
CONCILIJ

Reuerendissimo P. D.

DE ABBATIBVS
SECRETARIO
Toletana Restitutionis
in integrum.

P R O

R.P. Petro Serrano Ordinis Clericorum Regula-
rium Ministrantium Infirmis .

C O N T R A

Ven. Religionem eiusdem Ordinis .



Restictus Facti , & Juris .

Typis Leone , & Mainardi 1731.



SACRA
CONGREGATIONE
CONCILII

Regulam R. A.

DE ABBATIBAS
SECRETARIO
Tolerans Restitutioinis
in integrum.

P.R.O.

R.P. P. S. Ordinis Clericorum Regulys.
Item Monasticum Tertiaris.

C. O. M. T. A.

Act. Religiois Ordinis.



Regulam Hagiis, & Iustis.
Act. Religiois Ordinis.

Typis Lectoris, a M. 1731.

Toletana Restitutionis in integrum.

Stantibus &c.

Dubium = An sit locus Restitutioni in integrum?

1. Emē, & Rmē Dñe. P^Ater Petrus Serrano Sacerdos

Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis nulliter Professus in Conuentu, seu Domo B. Mariæ Virginis Assumptionis in Damaso nuncupatæ Villæ Matriti Toletanæ Diœcesis, ad effectum reportandi declarationem Nullitatis suæ Professionis ob vim, & metum cadentem in constantem Virum, sibi à Genitore incussum, exhibuit humillimas preces Sa: Me: Benedicto XIII. prò restitutione in integrum aduersùs lapsum quinquennij præscripti à Sacro Concilio Tridentino in sess. 25. de Regular. cap. 19., illisque remissis ad hanc Sacram Congregationem sub die 7. Septembris 1726., datæ fuerunt consuetæ Litteræ prò Informatione directæ Eminentissimo D. Archiepiscopo Toletano, cui desuper iniunctum fuit, ut receptis formitè probationibus, & auditio Superiore Locali, Sacram Congregationem super expositis redderet instructam, & animi sui sensum aperiens, preces ipsas vñā cum Processu transmitteret Summario num. 1. & 2.

3. Subdelegauit Eminentissimus Archi-Prælul prò constructione Processus eius Vicarium Generalem Matritensem, qui, acceptatâ commissione, admisit probationes faciendas Summ. num. 3. & 4.; Quamobrem subiectis rigoroso examini 17. Testibus à P. Serrano inductis, alijsque pluribus ad instantiam Religionis, & compulsatis diuersis Iuribus, absolutus remansit Processus, eoque ad hanc Sacram Congregationem transmissio vñā cum Informatione Eminentissimi Archiepiscopi, referentis, quod Testes sunt Personæ fide dignæ, & timorata conscientia, eorumque depositionibus adhibenda est fides: Quapropter videtur, quod præd. P. Petrus iustificauerit contextum supplicationis Sño factæ Sum. n. 34. lit. A. a concordatum fuit, citatâ Parte, suprapositum dubium, sed cum propter oscitantiam Negociorum Gestoris constitutis à P. Serrano in Hispaniarum Regnis degente, retardaretur Causæ Propositio, idem P. Serrano, non obstante diuturna insanabili, & molesta Infirmitate ab effectibus astmaticis

proueniente, quā cruciabatur ab inceuate aetate, ac etiam nunc afficitur, prout deponunt Medicus, & Chirurgus Summ. num. 19. & 20. incommoda, & pericula Itineris libenter contemnens, personaliter ad Urbem accessit, & ex benignitate huius Sacræ Congregationis, cum retentione Habitus propriæ Religionis, collocatus in Conuentu Sanctæ Franciscæ Romanæ Patrum Trinitariorum Calceatorum, supplicem hodiè renouat Instantiam prò affirmatiua resolutione dicti Dubij, quemadmodum nos etiam illius nomine obsequientissimè deprecamur.

*Ad obtainendam
restitutionem in
integrum sufficit
summaria probatio nullitatis
Professionis.*

3. Agitur enim de remedio extraordinario restitutionis integrum, ad quam obtainendam opus non est assumere cognitionem rigorosam nullitatis Professionis, & deducere probationes formales, seu in forma Iudicij, sed satis est, ut doceatur summarie de solo fumo eiusdem Nullitatis, & de iusto impedimento non reclamandi intrà quinquennium, quemadmodum ex Textu in cap. cum Virum 12. de Regular. de communi praxi testantur Pignatell. consult. 173. num. 28. 70. vers. Idque etiam, & num. 107. tom. 9., Barbos. in annotat. ad Sacrum Concil. Trid. ad sess. 25. de Regular. cap. 19. num. 9., & de offic. , & potest. Episcopi par. 3. allegat. 104. num. 18. vers. huius restitutionis, Donat. in prax. rer. Regular. tom. 2. par. 2. tractat. 12. quest. 14. sub num. 11. vers. quid Dominus Papa, Lezzan. in Summ. quest. Regular. tom. 2. verb. Professio Regular. num. 21. vers. attende etiam, Corrad. in prax. dispensat. lib. 5. cap. 14. num. 15. & seq., Ricciardel. in Lyceo Ecclesiast. tom. 1. cap. 3. §. 7. numer. 142., Panimoll. decis. 29. num. 49., Rot. decis. 1356. num. 1. coram Enerix. Junior.

*Professio fuit nulla ob vim, & me-
sum à Patre in-
cussum.*

4. In praesenti autem casu nedum concurrit simplex famus nullitatis Professionis emissæ à P. Serrano, verum etiam concludentissima exhibetur probatio eiusdem nullitatis, dum ex Processu in Partibus compilato per vniuocam depositionem plurium Testium, resultat, quod ipse non alias induit Regularem Habitum, & solemní Professioni se obstrinxit, quā violenter compulsus à Ioanne Antonio Serrano eius Genitore, qui omni contentione virium, omnemque adhibens violentiam, nedum verbis, sed etiam factis positius, & immanibus cruciatibus reluctantem filium adegit usque ab eius pueritia, vt Regularem statum assumeret, quibus attentis circumstantijs, nemini dubium esse potest, quin subsequens Professio, cui Causam dedit vis, & metus illatus Profitenti, ex capite deficientis consensus remanserit prorsus nulla, & irrita, vt per Textum in cap. perlatum primo de his qui vi, metusue causa fiunt, &

in cap. i. de Regulari, concors est DD. omnium sententia, de
qua Spad. conf. 96. num. 1. lib. 3., Pignatell. consult. 173. num. 9.
¶ 33. tom. 9., Fagnan. in cap. nullus num. 22. de Regulari,
Azzon. Institut. moral. par. 1. lib. 12. cap. 4. quæst. 10. Donat.
rer. Regulari. tom. 1. par. 2. tract. 11. quæst. 2. num. 1. cum
seqq. Pellizzar. in Manual. Regulari. tom. 1. tract. 3. cap. 1.
num. 59., Carol. Anton. de Luc. in adnotat. ad Ventrigl. in
Prax. par. 1. annot. 4. §. Primo num. 1., Mattheucc. Official.
cur. Ecclesiast. cap. 41. num. 13., Ricciardell. in Lyceo Ecclesiasti-
co tom. 1. cap. 3. §. 6. num. 110., Rot. dec. 930. num. 5. coram
Dunoz. Iun., dec. 455. num. 3. coram Merlin., dec. 491. num. 1.
¶ 2. coram Roxas dec. 229. num. 1. ¶ 2. coram Carillo, de-
cif. 300. n. 51. par. 10. ¶ dec. 211. n. 1. par. 13. recen.

5. Duplici præsertim adstipulante urgentissima ratione, qua-
rum prima est, quod Professio Religiosa mutuum præfert
contractum inter Professum, & Religionem; Ideoque cum
vis, & metus excludant consensum illius, qui gessit actum
inuitus, pernecessè ipse actus meticulosus perinde haberi
debet, ac si gestus non fuisset, quia sicuti contractus con-
sensu perficitur, ita etiam corruit, corrueente consensu, prout
ad rem admonet Pignatell. consultat. 173. num. 92. tom. 9.,
Bonaccin. Oper. Moral. tom. 1. tit. de Clausur., ¶ panis viola-
zioni ipsius impositis quæst. 2. punt. 10. difficultat. 2. §. 1. n. 1.,
Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 3. disput. 6. quæst. 26. num. 5.,
Ricciardell. in Lyceo Ecclesiastico tom. 1. cap. 3. §. 7. num. 151.,
Anaclet. in Ius Canonic. lib. 3. tit. 31. §. 6. num. 167., Panimal.
dec. 29. n. 5. ¶ 6.

6. Secunda verò æquè valida ratio in eo consistit, quod Re-
gularis Professio est Sacrificium propriæ voluntatis Deo
oblatum, quod acceptum esse nequit, nisi sponte offeratur,
quia non coactus, sed voluntarios Milites eligit sibi Deus,
prout nos edocet Regius Psalmista, qui Psalm. 53. vers. 8.
de sua spontanea voluntate in oblatione Sacrificij gloria-
batur inquiens = Voluntariè sacrificabo Tibi = atque in pro-
posito aduertunt Gonzalez. in cap. 1. dc bis, que vi, metusue
Causa n. 26., Pignattell. consultat. 77. n. 2. 10. 7., ¶ consult. 173.
num. 75. in fine tom. 9., D. Aduocat. Vrsaya discept. Ecclesiasti-
ca prima n. 4. tom. 1. par. 1., Rota dec. 9. n. 85. ¶ seq. coram
Arguell.

7. Vnde cum vis, & metus præsupponant deficientiam con-
sensus, & spontaneæ voluntatis, Professio per vim, & metum
facta nunquam substineri potest, dum ad essentiam va lidæ
Professionis requiritur liber consensus, ad firmata per Ro-
tam dec. 205. num. 24. coram Buratt., dec. 9. num. 10. coram
Arguell., dec. 211. num. 3. ¶ seq. par. 13., ¶ dec. 499. num. 1.

& seqq. par. 14. recent. Et de facto, si apud Gentiles in Sacrificijs offerendis Numinibus sicutis, non admittebatur immolatio Animalis quod retrocederet, aut inuitum traheretur, teste Plinio lib. 8. cap. 45. ibi = Nec claudicante, nec aliena hostia Deos placari, nec trahente se ab Aris = Quantò magis improbandum est Sacrificium sui ipsius vero Deo offerendum absque libera, & spontanea voluntate, vt exemplificando eruditè obseruat Gonzal. in cap. 1. de his que vi, metusue causa dicto num. 26.

8. Quod autem P. Petrus Serrano fuerit coactus ingredi Religionem, ac Regularem Professionem in ea emittere ob vim, & metum à Genitore incussum, apertissimè iustificatur ex depositione plurium Testium formiter examinatorum, qui vnanimirè probant, Ioannem Antonium Patrem continuis molestijs, minis, contumelijs, ac etiam verberibus affecisse P. Serrano eius filium ob hanc præcisam causam, vt fieret Religiosus, & post coactam susceptionem Habitum, Professionem emitteret, ac ulterius concludunt, quod violentiæ Patri, & successivus metus in filio cum omnimoda reluctantia, & auersione ad statum Regularem, continuè intercesserunt tam autè ingressum in Religionem, quam post ingressum, & susceptionem Habitum tempore Novitiatus, quam denique post emissam Professionem, vt propterea dubitari non valeat de sufficienti metus probatione, quæ apprimè resultat ex Testium depositionibus ad tradita per Pignatell. consultat. 173. num. 165. tom. 9. Pan. moll. dec. 29. num. 19., & dec. 102. num. 8., Rot. dec. 205. num. 14. & 14. caram Buratt.

Probatur incusio metus ante Ingressum in Religionem.

9. Et quidem opportuna temporum distinctione adhibita, prò eo quod attinet ad metum P. Serrano incussum antequam Religionem ingrederetur, constat in facto, quod Ioz. Antonius eius Genitor, qui extrema paupertate presus ad suppeditandum necessarium viatum, sibi Angelæ de Ochoa eius Vxori, & quatuor filiis ab ea suscepit, Pueros primas litteras edocebat in Oppido di Tor di Laguna, secum pendens, quod si Petrus alter ex filiis tunc optimæ indolis Puer, alicui cœtui Religioso tempore debito adscribatur, inopiam Domus, & Familiae subleuare posset, illum ad hunc statum eligendum suadere cœpit; & quia usque tunc filios auersum animum à Religione ostendebat, vt deponit unus ex Testibus ad perpetuam examinatus anno 1721., qui successivè ratificauit formiter suam depositionem. Summ. num. 14. litt. C.; Nihilominus Pater firmo animo volebat, quod filius incumberet studijs, adhoc, vt fieret Religiosus, illumque reluctantem verberibus afficiebat,

sexus Testis Summ. num. 11. in principio, septimus Testis, qui P. Serrano erudiebat præceptis Grammaticæ Summ. num. 12. litt. C. affitmans quod Ioannes Antonius Pater castigabat filium, & ad idem faciendum impellebat ipsum Testem sub motiuo, quod filius erat male indolis, vulgo un Pícaro, & quod nolebat esse Religiosus, deponens quoque Angelam de Ochoa Matrem Patris Serrano, eidem Testi dixisse, quod licet filius nollet studijs sedulò incumbere, illius Genitor instabat, ut omnino in studijs proficeret, nam volebat, quod fieret Religiosus = Summ. Additionali num. 1. litt. A.

10. Immoderato Genitoris desiderio efficaciores addidit stimulos P. Ioannes Garzia Prouincialis Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, qui vñā cum P. Didaco de Ochoa auunculo P. Serrano, & Religioso eiusdem Ordinis, transeundo per Oppidum *di Tor di Laguna*, & in Domo Ioannis Antonij hospitio exceptus, agnita ingenij perspicacia, qua erat prædictus P. Serrano tunc in Conventu S. Francisci eiusdem Oppidi Summularum studio additus, manifestauit Genitori desiderium quod habebat, ut filius eidem Religioni Ministrantium Infirmis nomen daret; Utque facilius ipsius vota perduci possent ad exitum, sese promptum exhibuit ad omnes impensas necessarias pro ingressu, & Professione, ut concorditer deponunt primus Testis frater Patris Serrano Summ. num. 5. litt. B. & C., secundus Testis eiusdem Patris Serrano Soror Summ. num. 6. litt. B. & C., tertius Testis Summ. num. 7. litt. B., & ad exonerationem conscientiae post recepta Ecclesiæ Sacraenta declarauit Angela Mater in articulo mortis constituta Summ. num. 8. & 9. litt. D., nec discordat ipsemet P. Garzia Prouincialis, qui examinatus formiter, licet deponat, quod ipse non induxit P. Serrano, ut fieret Religiosus, ingenuè tamen facetur = quod ob amorem quo illum prosequebatur, & quid compatiebatur summam paupertatem cum qua viuebant, facilitauit huiusmodi assumptum, offerendo ei opem, prout fecit in illius ingressu ad Religionem, & in anno Nouissimum acquisiuit unum Benefactorem, qui succumberet sumptibus pro Professione, prout succubuit = Summ. num. 22. litt. A.

11. His oblationibus allectus Ioannes Antonius Pater, singularē adhibuit curam, & industriam, ut blanditijs, pre-cibus, & suasionibus, oblustantem animum filij ad Regularem statum induceret, omnis tamen labor in irritum cœsit, quia filius immutabili constantia semper professus fuit, quod nullam inclinationem habebat ad statum Regularem, sed Clericali Militiae in statu Seculari adscribi exoptabat, quemadmodum probat primus Testis deponens, quod

P. Serrano semper restitit precibus, & suasionibus Patris, manifestando, quod potius vagaretur per incertas Sedes, quam fieret talis Religiosus Summario num. 5. litt. D. E. F. & G., secundus Testis Summario num. 6. litt. C. & D., & tertius Testis Summario num. 7. litt. C. & D. dicens, quod cum ipse plurius admonisset Ioannem Antonium Patrem, ne filium inuitum compelleret ad ingrediendam Religionem, habuit responsum ab eodem Patre valde contristato = Quod licet ipse continuo suaderet, quod predictus Petrus eius filius fieret Religiosus dicti Ordinis, ille tamen semper repugnabat, dissentiendo suis suasionibus = Summario dicto num. 7. littera E.

Solus metus reuerentialis secundum aliquos Doctores sufficit ad nullitatem Professionis.

Ac etiam sufficiunt sole importunæ persuasiones illius cui reuerentia debetur.

Metus reuerentialis sufficit proculdubio, quando ei accedunt persuasiones, & minæ

12. Si autem sola reuerentia debita per filium Patri, seu reuerentialis timor iuxta sententiam plurium non infimi nominis Authorum, sufficiens est ad irritandam Professorem, ut firmant Pignatell. consultat. 173. num. 47. tom. 9., Rebuff. respons. 68. §. Imò dicit, Peyrin. oper. Regular. tom. 2. quest. 3. cap. primo num 80., Diana oper. Moral. in Coordinat. tom. 6. tract. 3. resolut. 118. num. 4. versic. Hinc ego, & tom. 7. tract. 1. resolut. 180. tota, Bordon. oper. Regular. tom. 5. de Profess. Regular. cap. 19. num. 54., Graff. de effect. Clericat. effect. 4. num. 114., Sperell. decis. 79. num. 26. & 28. cum alijs adductis per Sanchez de Matrimon. lib. 4. disputat. 6. num. 17., & dixit Rot. decis. 930. num. 2. coram Dunoz. Iun., & decis. 491. num 6. coram Roxas. Et rursus, si ad eumdem effectum sole importunæ persuasiones illius cui reuerentia debetur, habent vim coactionis, & inducunt metum sufficientem, quia non modicè animum agitant, & in angustijs ponunt, ad tradita per Spad. consil. 96. num 6. lib. 3., Caren. resolut. 81. num. 29., Pignatell. consultat. 173. num. 39. & 85. in fine tom. 9., Barbos. vot. decisiv. 77. num. 86. cum seqq. lib. 3., Lezzan. oper. Regular. tom. 4. consultat. 47. à num. 48. ad num. 54., Sperell. dec. 75. num. 64., Rot. decis. 705. num. 5. in fine par. 2. Recent. dec. 326. num. 13. coram Ludouif., decis. 1199. num. 4. coram Penia., decis. 491. sub num. 8. vers. Quin imò coram Roxas, decis. 9. num. 17. coram Arguelles, decis. 870. num. 10. & 11. coram Emericx Iun.

13. Eo certius pro annullanda Professore debet sufficere metus reuerentialis, quando eidem accedunt importunæ persuasiones, & minæ, quia tunc non amplius consideratur simplex reuerentia per filium debita Patri, sed consideratur etiam coactio, ab importuni persuasionibus, & minis promanans, & ob has circumstantias metus reuerentialis sit metus grauis, vt sine contradicatore tuerintur Sanchez de Matrimon. lib. 4. disputat. 6. num. 7. & seq., Pignatell.

consultat. 77. num. 4. tom. 7., & consultat. 173. num. 3. in fine,
& num. 47. 63. 86. & 139. tom. 9., Donat. rer. Regular. tom. 2.
par. 2. tract. 11. quæst. 10. num. 5., Pellizar. in Manual. Regu-
lar. tom. 1. tract. 3. cap. 1. num. 56., Barbos. vot. decisu. 37. n. 7.
lib. 2., Lezzan. Oper. Regular. tom. 4. consult. 47. à n. 76. usque
ad num. 95., Anaclet. in Ius Canon. lib. 3. tit. 31. §. 6. num. 164.
& seq., Monacell. in Formular. tom. 3. tit. primo in annotat. ad
formul. 36. num. 18., Mattheucc. Official. Cur. Eccles. cap. 41.
num. 14., Ricciardell. in Lyceo Ecclesiast. tom. 1. cap. 3. §. 4.
num. 64., Sperell. decis. 79. num. 17., Panimoli. dec. 29. n. 26.
& 27.. Rot. decis. 205. num. 27., & ibi Adden. num. 33. coram
Buratt., decis. 98. num. 9. & 10. coram Peutinger. decis. 178.
num. 1. coram Carillo, & dec. 373. num. 8. par. 18. recent., & in
Luceorien. Matrimonij prima Iulij 1726. §. Eo magis coram
R.P.D.Calcagnino.

14. Reuerentiæ per P. Serrano debitæ Genitori nedum su-
peraccesserunt molestæ persuasions, & minæ, verùm etiam positiua facta suppliciorum, quibus eum Pater assiduè coer-
cebatur, vt Religiosæ vitæ Institutum amplecteretur; Cum enim agnosceret, quod preces, & suasions non erant suf-
ficientes ad immutandum animum filij de nolente ad vo-
lentem, conuertendo amorem in odiam, eum crudeliter
tractare cœpit tam factis, quam verbis, vt suæ voluntati etiam inuitus obsequeretur, cum probroso totius Domus,
& Vicinoram scandalis, qd probatur ex luculentissima de-
positione Testium, Primi videlicet Summario num. 5. litt. H.
& L., Secundi Summario num. 6. litt. C. & F., Tertiij Summa-
rio num. 7. litt. F., Quinti Summario num. 10. litt. D., & sexti Summario num. 11. litt. B. Idemque confirmat alter Testis ad perpetuam examinatus, & postea repetitus formiter Summario num. 14. litt. E., nec non Angela Mater in articulo mortis declarans, quod Pater continuis supplicijs, & in-
clulsionibus dictum filium affligebat, vt in suam sententiam tra-
beret Summ. num. 8. & 9. litt. G.

15. Supercedunt facta indiuidua mirificè ostendentia me-
tum grauissimum quem Genitor incutiebat Filio à Religio-
ne abhorrenti. Ipsum enim quadam vice, post immanes
verberum cruciatus, in Cubiculum inclusit furenti rabie
proferens hæc verba = velis, vel nolis, debes esse Religiosus=
& Ianuæ obseratae clauem secum deferens, innocentem Fi-
lium in hoc priuato Carcere detrusum, tota nocte reliquit,
donèc Angela Mater miseratione commota, eum per aliam
Ianuam extractum, transmisit ad Conuentum S. Francisci,
vt ibidem permaneret usque ad suum nouum ordinem, in-

In præsenti casu
metui reuerentia
li, & persuasi-
bus nedum acces-
serunt minæ, sed
etiam positiua coa-
ctiones.

Pater inclusit fi-
lium in Cubiculo.

dèque Filius ad Paternam Domum remeauit associatus à quodam Religioso, qui Patrem increpans, ei dixit: *Omnia quæ coactè sunt, bona non sunt, ideoque dum Puer nolebat fieri Religiosus, ad quid illum compellebas?*; ut de his omnibus circumstantijs deponit primus Testis *Summ. num. 5* litt. I. & K.

Pater, pugione denudato, inse-
guatus fuit Vxo
rem reprimere uo-
lentem coactio-
nes filio factas.

Iudez Secularis
præcepit iudicia-
liter Io: Antonio
Genitori, ut absti-
neret à violen-
tys aduersus Fi-
lium, & Vxorem.

Filius denuò in-
clusus fuit in Cu-
biculo, & despera-
tione ductus, se
proiecit per fene-
stram, & fugit
ad Ciuitatem
Compluti.

16. Increpationes huiusmodi deseruiebant potius ad exacerbandum, quam ad deliniendum peruicacem Genitoris animum; Cum enim Angela eius Vxor sèpè detestaretur abominabiles violentias per ipsum communi Filio illatas, eumque à suscepto proposito auertere curaret, Ioannes Antonius quadam die magno furore accensus, denudato pugione, in Vxorem irruit, atque illam dubio procul percussisset, nisi Vicini, qui ad rumorem accurrerant, grauioribus malis obicem præstitissent; Istudque detestabile facinus præbuit motuum implorandi brachium Iudicis Civilis Oppidi di Tor di Laguna, qui strictè præcepit Ioanni Antonio, ut se abstineret à violentijs, & minis aduersus Filium, & Vxorem, rigida ulteriùs comminata pœna in casu inobedientiæ, quod quidem factum distinctè recensitum à Testibus, primo nempè *Summario num. 5. litt. M.*, secundo *Summario num. 6. litt. H.*, tertio *Summario num. 7. litt. H.*, quinto *Summario num. 10. litt. B. & E.*, ac etiam comprobatum à declaratione ipsius Matris *Summario num. 8 & 9. litt. H. & I.*, sufficeret de per se ad inducendam perfectissimam probationem grauis metus, qui resultat ex solo armorum aspectu, licet deferens illis non utatur ex animaduersis per Sanchez de matrimon lib. 4. disput. 5. num. 5. Bordon. Oper. Regular. tom. 5. de profession. Regular. cap. 19. num. 26. versic. Armorum usus, Rot. decis. 98. num. 6. vers. immò coram Peutinger.

17. In sua sententia pertinax Io: Ant. Pater, nouumq; terrorē incutere satagens filio verbis illis = *Nunc videbis, an de-
beas exequi meam voluntatem* = eum denuò in priuatum Cubiculi carcerem detrusit, & renouando assidua supplicia, eumdem Filium per plures dies ibi detinuit, firmitè asseuerans = *quod solùm debebat ab illo exire, vel ad Triremes,* vel ad Religionem transmissurus = Ideoque miser Adolescens timore vehementi perculsus, & ad desperationem adductus, præcipitem se proiecit per fenestram correspondentem in atrium, indèque profugus æstuante mense Avgusti; absque villa viarum cognitione, per incertum iter peruenit ad Ciuitatem Compluti, vbi octo mensibus circiter, prius in Domo D. Emanuelis de Ochoa eius Auunculi, ac deinde in

videndum, & semper eum reperiit valde gemebundum mani-
festando totalem eius repugnantiam, & defectum voluntatis
permanendi in Religione, adeoque Testis commisera aliqui-
bus vicibus fuit, videndo eum lugere, & dicentem, quod eius
animus non erat profitandi in Religione; Qua de causa petebat
sua vestimenta, ut è Religione extret, & quod nolebant ei tra-
dere dicta vestimenta, & quod, si daretur casus emitendi di-
ctam Professionem, hoc esset absque eius voluntate, & absque
Intentione, dum illam emittebat, ob magnum timorem, quem
habebat de suppliciis, & minis contra ipsum incusis à suo Geni-
tore &c.

23. Auersio autem statui religioso plurimum confert ad Auersio statui
iustificandum metum, & ad probandum, quod consensu Religioso probat
non fuerit liber, sed meticulosus iuxta deducta per Pigna- metum, & coa-
sell.consult. 173.num.144., & 159.vers.Auge turquè, & con- ctam volunta-
sultat. 180. num. 12. tor. 9., Barbos. Vot. decisiu. 77. num. 83. tem.

lib. 3., Carol. Anton. de Luc. ad Ventr. gl. in praxi par. prima
annot. 4. S. primo num. 5., D. Aduocat. Vrsaya indiscept. Eccle-
siast. tom. 1. par. 1. discept. 20. num. 51., Ricciardell. in Lyceo
Ecclesiast. tom. primo cap. 3. §. 7. num. 156., Spada cons. 96.
num. 3. lib. 3., Panimol. dec. 29. num. 19., & dec. 102. num. 9.,
& seqq., Rot. dec. 205. num. 4. coram Buratt. dec. 326. num. 7.
coram Ludouif. dec. 27. num. 8. coram Peutinger. dec. 930. num. 1.
coram Dunozet. Iun. dec. 870. n. 9. coram Emerix Iun. dec. 211.
num. 2., & 3. par. 13., & dec 499 num. 2. cum seqq. par. 14. rec.
Concurrentibus praesertim l. chrysitis, quæ reddunt efficac-
tiatem probationem coactionis, metus, & auersionis ani-
mi, ad tradita per Menoch. de presumption. lib. 3. præsumpt. 4.
num. 11., & presumption. 126. num. 17., Spad. cons. 96. num. 4.
lib. 3., Barbos Vot. decisiu. 77. num. 92., & 93. lib. 3., Bordon.
Oper. Regular. tom 5. de Profess. Regular. cap. 19. num. 38., Ven-
trigl. in praxi par prima annotat. 4. S. 3. num. 19., D. Aduocatus
Vrsaya tom. 2. par. prima discept. 9. sub num. 29. vers. Quando,
& par. 2. discept. 21. num. 48., Panimoll. decis. 102. num. 17.,
Rot. dec. 326. num. 41. coram Ludouif. d. c. 25. num. 49. coram Ar-
guell. dec. 930. num. 3. coram Dunoz. Iun., & dec. 212. num. primo
par. 16. recent.

24. Solemnam Professionem iussit P. Petrus Serrano die 16.

Iulij 1716. Summario num. 30., sed etiam post huius inuo-
luntariæ victimæ sacrificium, dignoscens Pater, quod Pe-
trus filius in sua pristina repugnantia persistebat, non desti-
tit à violentis concussionibus, & minis, ut eumdem filium
recrudescente metu depresso adigeret ad permanendum
in Religione; Cum enim P. Petrus consuluerit Viros do-
ctos celebris Vniuersitatis Complutii super nullitate suæ

Probatur conti-
nuatio metus
etiam post Pro-
fessionem.

Pater, pagina
deinde, infra
quatuor fuit 7.
mentis punitus
hunc coactio-
nem filii factam.
intendit obsequia
videtur diligenter
- autem - etiam
- ambo - unde
.

Professionis, eorumque Consulta in scriptis reportauerit, ut constat ex depositione primi Testis Summario num. 5. litt. CC., secundi Summario num. 6. litt. Q., & aliorum trium Testium Religiosorum Summario num. 15. litt. E., & n. 16., & 17. utrobique litt. A., Pater habita notitia de huiusmodi diligentissimis abstulit a manibus filij eadem consulta; illaque rabido furore discerpit, ut prosequitur secundus Testis Summario dicto num. 6. litt. R., tertius Summario n. 7. litt. Q., & R., secundus Testis Religiosus Summario num. 16. litt. C., & de auditu ab ipso Patre deponit primus Testis referens, quod Pater ei dixit = Nescis quod Petrus germanus tuus frater nunc dicit suam Professionem esse nullam, & super hoc consultit plures Personas doctas huius Vniuersitatis, que tutum illum reddunt esse nullam Professionem quam ipse emisit, & abstuli ab eius manibus consultationes quas ei dederant. An maduertas quinam honor erit in illo, & nobis, quod modo praetendant dictam nullitatem, dum si id exequetur, magnum orietur scandalum tam in Religione, quam in Patria, & in reliquis Partibus in quibus sumus nos cogniti, SED ILLE CAVEBIT PONERE ID IN EXQUVITIONEM DONEC, ET QVOVSQUE EGO VIVAM = subiungens Testis = Et haec omnia protulit valde fastiditus, & ira accensus ultrà solitum contra dictum Patrem Petrum = Summario dicto num. 5. litt. CC.

P. Serrano post
Professionem assi-
duò protestaba-
tur de ipsius nul-
litate.

25. Non per hoc tamen abiecit P. Serrano constantem animum exequendi à Religione, prout iam vix emissâ Professione, scilicet die 20. July 1716. in epistola responsua Ioanni eius fratri, apertis verbis expresserat Summario num. 5. litt. BB., assiduo namque protestabatur, quod incusso terroris metu coactus emiserat Professionem; Quod non erat verus Religiosus, nullumque habuerat propositum se obligandi; Et quod expectabat opportunum tempus ad effectum infringendi suam Professionem, dimitendi regularem Habitum, & redeundi ad seculum, prout Nobis ostendit declaratio Matri Summario num. 8., & 9. litt. N., & concorditer probant secundus Testis Summario n. 6. litt. Q.; Tertius Summario num. 7. litt. R.; Quintus Summario n. 10. litt. C. aliquè tres Testes ad perpetuam examinati, & deinde repetiti formiter Summario num. 14. litt. E. I., & K.

26. Atque id ipsum desumitur ex depositione Testium Religiosorum, qui vñacùm P. Serrano iam Professo in Civitate Compluti, nauabant operam studijs; Primus enim diffusè narrat, quod = Audiuit dictum P. Serrano varijs vicibus exprimere, quod in Religionem intrauerat violentatus ab eius Genitore cum totali sua repugnancia, & quod ob ingeniem timorem

morem quem dicti genitoris habebat, professus fuerat, licet in
sui animi conceptu non erat talis Religiosus = Summario n. 15.
litt. B., subdens pariter, quod = Ob confidentem familiaritatem quam habuit, & habet cum dicto P. Serrano, Testis in
illo vidit, & expertus continuò fuit = magnam repugnantiam,
quam idem P. Serrano habuit, & habet manendi in Reli-
gione ob violentiam quam manifestauit sibi factam fuisse,
ut in Religionem ingrederetur Summario dicto n. 15. litt. D.;
Secundus vero deponit = Plurimis audiuisse à dicto P. Serrano,
quod eius Genitor certioratus de præcedentibus, abstulit ab eius
manibus prædictas consultationes, quas retinebat, & furiose
illas fregit, fecisque alias minas ad finem ut in Religione per-
maneret; Et quod ob hanc rationem coactus fuerat silere, &
permanere in Religione, quo usque offerretur occasio opportuna
manifestandi suum animum = Summario num. 16. litt. B., & C.;
Ac Tertius denique iustificat = Displacentiam, & renuen-
tiam exteriorem, quam dictus P. Serrano semper, & continuò
manifestauit ob timorem, & violentiam, cum quibus Religio-
nem ingressus est &c. = Summario num. 17. litt. B.; Atque ite-
rū procedit cum indubitate præsupposito = Manifestare re-
nuentia, ac totalis repugnantia, & displacentia, quam dictus
P. Serrano continuò præferebat permanendi in Religione,
eam reddens rationem = Nam frequenter babat cum tristitia,
& id clare manifestabat = Summario dicto num. 17. litt. G,
in fine.

27. Nemo autem ignorat quod huiusmodi conquestiones, Continuae pro-
ac protestationes tanta cum animi perseverantia, & cum testationes, &
tot Personis emissæ tam ante, quam post Professionem, conquestiones iu-
plurimum conferunt ad inducendam sufficientem probatio-
nem grauis metus, prout firmant Gonzal. in cap. primo de his
qua vi, metusue causa num. 7., Surd. conf. 513. num. 36. lib. 4.,
Pignatell. consult. 173. num. 64., & num. 142. tom. 9., Ventrigh.
in Prax. par. prima annotat. 4. §. 3. num. 19., ibique Carol. An-
ton. de Luc. num. 4. vers. Lamentationes, Sperell. dec. 79. num. 13.,
Panimol. dec. 29. num. 19., & dec. 102. num. 17., Rota dec. 205.
num. 14. coram Buratto dec. 9. num. 33. coram Arguell. dec. 229.
num. 3. coram Carillo, & dec. 499. num. 5. par. 14. recent.

28. Ex quibus omnibus constabilita remanet concludens Adducuntur plu-
probatio metus in P. Serrano, illiusque auersio positiva sta-
ra indicia, & adminicula com-
tui regulari nedum ante susceptionem Habitus, verum probantia me-
etiam tempore Nouitiatus, & post Professionem; Sed qua-
tenus etiam vberiora desiderarentur argumenta hujus ma-
nifestissimæ veritatis, ea nobis præsto ministrant plura in-
dicia, & adminicula, quæ in subiecta materia difficilis pro-
bationis metus exuberant, ut apposite ratiocinantur Spada
conf. 96.

conf.96.num.2.lib.3., Pignatell.consult.163.num.46., & 159.
tom.9., Mascard. de probat. conclus.1054. num.2. cum seqq.
lib.2., Barbos.Vot.decisu.77.num.51., & 52.lib.3., Ricciar-
dell.in Lyceo Ecclesiastic. tom.1. cap.3. §.7.num.155., Sperell.
decis.5.num.70., & dec.79. num.25., Panimoll. decis. 102.
num.28., Rot. dec.771.num.2. coram Seraphin., & dec.374.
num.1.coram Ludouij.

Genitor erat ter-
ribilis naturæ,
filius verò pusil-
lanimis.

29. Concurrit enim primò qualitas Personarum, qui à Ioan-
nes Antonius Genitor erat homo seuerus, iracundus, ac
terribilis naturæ, vt affirmat primus Testis *Summario* num.5.
litt.L.; Tertius *Summario* num.7. litt.G., & alter Testis ad
perpetuam inductus, & deinde formali examini subiectus
Summario num.14. litt.B.; Filius verò erat pusillanimis, pa-
uidus, & modici spiritus, iuxta vniuocam omnium Te-
stium depositionem; Primi nempe *Summario* num.5. litt.L.
N., & II.; Secundi *Summario* num.6.list.G., & DD.; Ter-
tij, *Summario* num.7. litt.X.; Quinti *Summario* n.10.litt.D.,
quibus accedunt alij tres Testes Religiosi *Summario* num.15.
16., & 17. ubique litt.I., & concordat Magister Nouitio-
rum Testis à Religione inductus, qui sermonem habens de
qualitate P. Serrano inquit = *Iuxta illius operationes Testis*
habet pro certo, quod fuit, & est tam pusillanimis, ita ut posset
compelli ad profitendum, *Summario* num.24. litt.D.; Quin-
imò ex eisdem Testibus habetur, quod quoties P. Serrano
videbat Genitorem, totus horrescebat, & intremiscebat
ob ingentem timorem ac metum, quem de ipso conceperat,
vt narrat primus Testis *Summario* num.5. litt.L.; Secundus
Summario num.6. litt.G., & tertius *Summario* num.7. litt.F.
Ad probationem autem sufficientis metus, attenditur po-
tissimè iracunda qualitas Incutientis, & pusillanimis natura
illius qui metum patitur ex promiscue animaduersis per
Honored. conf.29. num.28. in fine, Menoch. de arbitrar. lib.2.
cas.135. num.4., & 5., Pignatell. consult.173. num.10. vers.
Præcipue, & num.85. tom.9., Sanchez. de Matrim. lib.4. di-
spur.3.num.4., D. Aduocatus Vrsaya disceptat. Ecclesiasticarum
tom.1.par.prima disceptat.1.num.15., & disceptat.4.num.24.,
Sperell. dec.79. num.6., Rota dec.326. num.12., & dec.374.
num.16.coram Ludouij. dec.98. num.2., & 3.coram Peutinger.
dec.234. num.5., & seqq. coram Vbald., & dec.373. num.7.
par.18.recent.

Respondeatur
objec̄to, quod me-
tum incutiens
non fuerit soli-
tus minas exe-
qui,

30. Non relevante, quod sola qualitas iracunda Personæ in-
cutientis metum non sit sufficiens ad illius probationem,
nisi ulterius iustificetur, quod metum incutiens fuerit soli-
tus minas exequi; Tum quia hoc solitum in casu nostro est
innegabile, attento quod Pater non minis dumtaxat, sed
effe-

effectuus etiam supplicijs iugiter afficiebat filium, ipsamque
Vxorem illius crudelitatem obivgantem, denudato pugio-
ne, aggredi non dubitasit, vt latius ostensum fuit superius
§.16. Tum, & fortius quia quando agitur de Patre, aut alio
Superiore, cui reuerentia debetur, non est necesse probare,
quod ipse fuerit solitus minas exequi, vt probè considerat
Castill. controversi. iur. lib. 8. cap. 59. sub num. 53. §. Ego sanè, ibi:
Ego sanè secundam hanc opinionem constantè, & securè reti-
neo quam, & veriorem, & in actu pratico tenendam omnino
arbitror, videlicet, quod probatis minis illius cui reuerentia
debetur; hoc est Mariti, Patris aut alterius Superioris, necesse
non fit, quod minans solitus sit minas exequi &c. = D. Aduoca-
tus Vrsaya discept. Eccles. tom. 1. par. 1. discept. 20. num. 44., &
tom. 2. part. 1. discept. 9. num. 18., Rot. decis. 870. num. 16. coram
Emerix Iun. Accedentibus præsertim alijs coniecturis, &
demonstrationibus iustificantibus metum, quæ de per se suffi-
ciunt, etiamsi non probetur, quod minans fuerit solitus mi-
nas exequi, ad ea quæ firmat Cyriac. controv. 106. nu. 76. lib. 1.
Farinac. in Prax. crimin. quæst. 50. num. 11.

31. Secundò in idem collimat Minoritas P. Serrano, qui de
tempore passi metus vix attingebat ætatem annorum 15.,
vt proindè cum agatur de Minore, in quo facilius imprimi-
tur formido, & inducitur animi perturbatio, sufficient le-
uiores probationes metus, per ea quæ specialiter admonent
Castren. conf. 174. num. 3. lib. 1. Riminald. Sen. conf. 15. num. 22.,
Purpurat. conf. 579 num. 7., Rebuff. respons. 68. §. Quarto, Rot.
decis. 205. num. 21. coram Buratt. decis. 326. num. 25., & 26. co-
ram Ludouis. decis. 178. num. 2., & 3. coram Carill. decis. 89.
num. 55. coram Arguell. decis. 300. num. 57. part. 10., & decis.
373. num. 7. par. 18. rec.

32. Tertiò adstipulat., quod omnes Testes deponentes de
coactione, ac metu incusso P. Serrano, ac de illius repugnan-
tia, & auersione concordes adducunt requisitum publicæ
vocis, & famæ, vt videre est in depositione primi Testis,
Summar. num. 5. litt. LL., Secundi Summar. num. 6. litt. FF.,
Tertij Summar. num. 7. litt. Z., Quinti Summar. num. 10. litt. T.
Sexti Summar. num. 11. litt. C. Septimi Summar. num. 12. sub
litt. D., & aliorum trium testium Religiosoru[m], Summar.
num. 15. 16., & 17. ubique litt. R., quam profectò publicam
*vocem, & famam prò coadiuanda metus probatione sum-
mopere attendendam esse firmant, Menoch. de præsumpt. lib.*
3. præsumpt. 126. num. 22., Barbos. vot. decisu. primo num. 71.
lib. 1., & vot. decisu. 77. num. 103. lib. 3., D. Aduocatus Vrsaya
disceptat. Ecclesiast. tom. 1. part. 1. discept. 2. num. 23., & discept.
2. o. 2. num. 52., Sperell. decis. 79. num. 11., Rot. decis. 859. num. 7.

Consideratur mi-
nor ætas P. Ser-
rano.

De coactione, &
metu aderat pu-
blica vox, & fa-
ma.

coram Seraphin. decif. 205. num. 18. coram Buratt. decif. 9. num. 82. coram Arguell. decif. 395. num. 2. coram Bich. decif. 211. num. 17. part. 13., & decif. 212. num. 6. part. 16. recent., & ponderatum fuit ab hac Sac. Congregatione in Bisuntina restitutio-
nis in integrum proposita 18. Nouembris, & resoluta 2. Decem-
bris 1713. lib. decret. 63. fol. 461., & 504. at.

Concurrit decla-
ratio iurata
ipius P. Serrano.

33. Quartò denique prò Coronide accedit solemnis declara-
tio die 3. Septembris 1728. emissa per ipsum P. Serrano, qui
recenset medio iuramento suæ coactæ Vestitionis, & Profes-
sionis dolentem historiam, & disertè confirmat repugnan-
tiæ, & auersionem, quam semper habuit, & habet ad Re-
gularem Statum, Summar. num. 33.; Quamvis autem in hac
materia nullitatis Professionis regulariter non attendatur
iuramentum ipsius Professi, quando tamen aliundè proba-
tur metus annullatiuus Professionis, & concurrunt alia
præsumptiones, adminicula, & coniecturæ ad eumdem
finem conducentes, iuramentum Professi multum operatur,
& ceteris probationibus efficacius addit firmitatis robur,
quicmadmodum explicat Pignatell. consultat. Canon. 4. num. 9.
tom. 1., & consult. 173. sub num. 107. vers. comprobatur tom. 9.,
D. Aduocatus Vrsaya discept. Ecclesiasticarum tom. 1. part. 1. di-
scept. 3. num. 48., & tom. 3. par. 1. discept. 6. num. 28.

Probationes con-
siderari debent
simil iunctæ.

34. His tantò certius locum sibi vindicantibus, quia proba-
tiones insimul iunctæ sufficiunt ad iustificandum metum,
etiamsi quælibet ex ipsis considerata seorsim præferre
posset aliquam difficultatem iuxta communem regulam,
quam in nostris terminis exornant Corn. conf. 124. num. 4. lib.
3., Honded. conf. 29. num. 49. lib. 1. Barbos. vot. decisiu. 16. num.
56. lib. 2., & vot. decisiu. 77. num. 110., & 111. lib. 3., Lezzan.
oper. regular. tom. 4. consult. 47. num. 35. cum seq., D. Aduocatus
Vrsaya discept. Ecclesiasticarum tom. 1. part. 1. discept. 1. num.
34., & tom. 2. part. 2. discept. 21. num. 24., Sperell. decif. 5. num.
67., & decif. 79. num. 30., Rota decif. 9. num. 81., & decif. 25.
num. 47., & decif. 89. num. 56. coram Arguell. decif. 491. num. 9.
coram Roias, & decif. 373. num. 13. part. 18. recent.

Respondetur
objec̄to, quod non
probetur incusſio
metus de præcio
tempore Vestitio-
nis, & Professio-
nis.

35. Efficaciæ probationis à tot factis, & adminiculis de-
sumptæ vim nequit adimere obiectum forsan excitandum,
quod scilicet metus non probetur incussus P. Serrano de
præciso tempore, quo ipse Religiosum Habitum assumpsit,
& Professionem emisit, dum tam actui Vestitionis, quam
solemi Professioni non fuit præsens Genitor, moram tra-
dens in Oppido di Tor di Laguna. Quandoquidem ad effe-
ctum de quo agitur, satis est, quod facta, & minæ præce-
dant, etiamsi non fuerint illatae in ipso actu Vestitionis, &
Professionis, ut punctualiter aduertunt Honded. conf. 29.

num.

num. 40. lib. 1. Caren. resol. 81. nu. 35. cum seqq., Sperell. decis. 79.
num. 22., Rot. decis. 326. num. 30. coram Ludouis. decis. 172.
num. 43., & 44. part. 7. decis. 211. num. 11. part. 13., & decis.
373. num. 10. part. 18. recent., & in præcis terminis Profes-
sionis emissæ in Ciuitate Melitæ per vim, & metum filio in-
cussum à Patre degente in Ciuitate Messanæ firmavit Rot.
decis. 75. num. 12. coram Peutinger.

36. Ratio autem huius certissimæ Conclusionis animatiua,
ea est, quia persistente adhuc Causa metus, non purgatur
ipse metus semel illatus, etiam si actus postea, seu ex inter-
vallo videantur liberè fieri, ut egregiè ponderant *Mascard.*
de probat. conclus. 1053. num. 36. lib. 2., *Rebuff. respons. 68. §.*
Nec me mouet. Bordon. oper. regular. tom. 5. de Profess. regular.
cap. 19. num. 43., & 64., *Matthæucc. Official. Cur. Eccles. cap. 41.*
sub num. 15. §. Respondeo negatiuè Ventrigh. in prax. part. 1. an-
notat. 4. §. Secundo num. 20. cum seqq., Ricciardell. in Lyceo Ec-
clesiast. tom. 1. cap. 3. §. 7. num. 163., *D. Aduocatus Vrfaya tom. 1.*
part. 1. discept. 20. num. 53., *Panimoll. decis. 102. num. 13.*, *Ad-*
den. ad Buratt. decis. 205. sub num. 35. §. Secundo amplia, Rot.
decis. 392. num. 3. coram Ludouis. decis. 455. nu. 5., & *decis. 628.*
num. 1. coram Merlin. decis. 188. num. 6. coram Carill. decis. 5.
num. 6. post Tamburin. de Iur. Abbatissarum decis. 172. num. 44.
part. 7. decis. 211. num. 23. part. 13., & *decis. 373. num. 11. part.*
18. recent.

37. Cui propositioni alia obsecundat æquè certa Conclusio,
quod actus subsequuti, & prouenientes ab initio meticulo-
so, quamuis gesti ex intervallo, vbi durat causa metus, &
potentia nocendi de tempore actus, laborant eodem vitio,
& præsumuntur meticulosi, ut solidè aduertunt, *Menoch. de*
præsumpt. lib. 3. præsumpt. 4. num. 23., *Mascard. de probation.*
conclus. 1053. num. 36., *Bordon. oper. Moral. tom. 5. cap. 19. num.*
40., & *51. Pignatell. consult. 173. num. 74. in fine tom. 9.*, *San-*
chez de matrim. lib. 4. dispu. 18. num. 7., *Matthæu. Official. Cur.*
Ecclesiæ cap. 41. num. 15., *D. Aduocatus Vrfaya tom. 3. pars. 1.*
discept. 7. num. 42., *Sperell. decis. 80. num. 7. Panimoll. decis. 29.*
num. 55., & *decis. 102. num. 12. cum seqq.*, *Eminentissimus*
D. Card. Petra in Commentar. ad Constitut. 9. Sixti IV. sect. unic.
num. 20. vers. solumque tom. 5. pag. 530., *Rot. decis. 9. num. 4. 5.*,
& *6. coram Arguelles*, vbi adducitur resolutio huius Sac.
Congregationis, *decis. 276. num. 9. cum seqq. coram Vbald. de-*
cis. 98. num. 16. coram Peutinger. decis. 175. num. 5. part. 1. decis.
173. num. 43., & *44. part. 7.*, & *decis. 373. num. 10. part. 18.*
recent.

38. Facilius in subiecto casu in quo de omnimoda præce-
denti auersione, ac repugnantia P. Serrano Testes deponunt
cum

cum dictione Semper, Secundus nempe, Summar. num. 6. litt. EE., Tertius Summar. num. 7. litt. V. in fine, Quintus Summar. num. 10. litt. V., Tertius Testis Religiosus, Summar. num. 17. litt. B., & declarauit Mater, Summar. num. 8., & 9. litt. C., quæ dictio Semper complectitur omne tempus, & sic etiam illud Vestitionis, & Professionis, ut ad rem considerat Pignatell. consult. 173. num. 100., & 103. tom. 9. D. Aduocatus Vrsay 1. tom. 1. part. 1. discept. 20. num. 34. Rot. decis. 178. num. 8. coram Carill. & decis. 276. num. 14. coram Vbald. repetita post Bordon. de Profess. Regular. decis. 3. sub num. 9. §. quoad secundam; quando de cetero posita præcedenti repugnantia, & auersione, de qua dubitari nequit, præsumendum est, quod ea interuenerit etiam in actu Assumptionis Habitus, & factæ Professionis, dum ex abrupto, nullaque urgente, aut superueniente noua causa extrinseca, non debet censeri, quod quis mutauerit voluntatem auersam Statui Religioso, & Professioni, sed potius credendum est, quod in ea perseverauerit, ut Nos edocet Magistralis glos. in cap. per latum de his quæ vi, metusue causa verb. non timore, ibi = Respondeatur, quod verum est hoc, sed quia constabat de protestatione voluntatis ab initio facta, adhuc præsumitur velle &c., & qui voluntatem immutatam ailegat, hoc probare debet = cum qua procedit Rot. decis. 9. num. 36. coram Arguell. decis. 98. num. 15. coram Peutinger. decis. 499. num. 2. cum seqq. part. 14., & decis. 373. num. 10. part. 18. recen.

Respondeatur
objecto, quod Te-
stes in aliquibus
circumstantiis
sunt singulares.

39. Multoque minus obesse posset quatenus opponeretur, quod circa plures urgentiores facti circumstantias, Testes qui de illis deponunt, sint singulares; Ultrà quod enim substantia coactionis, & incusii metus, nec non continuatae auersionis, & repugnantiæ in P. Serrano non probatur ex Testibus singularibus, sed ex pluribus Testibus qui sunt inter se concordes, nihilominus ad effectum iustificandi metum qui est difficilis probationis, absque vlla dubitatione admittuntur etiam Testes singulares in dictis, ex animaduersis per Gabrielem de Testib. conclus. 2. num. 56., Pignatell. consult. 77. num. 5. to. 7., & consult. 173. num. 148., & consult. 180. num. 22. to. 9., Barbos. vot. decis. 77. nu. 56. lib. 3., Ventrigl. in prax. part. 1. annot. 4. §. 3. num. 3., Monacell. in formulat. tom. 3. tit. 1. annot. ad formul. 36. nu. 19., Sperell. dec. 79. nu. 15. 23., & 24. tom. 1. Panimol. decis. 152. nu. 26. Rot. dec. 205. nu. 7., & 11. cor. Buratt., dec. 189. nu. 7., & decis. 234. num. 9., & 10. coram Vbald., & dec. 211. nu. 16. part. 13. rec.

Satisfit exceptio 40. Nullamque animaduersionem promereri possunt oppo-
nibus à P. Pro-
curatore Generali Ordinis excitat in
sua

sua Informatione aduersus Personas Testium; nempè Ma- curatore Gene-
trem, Sororem, ac fratrem Patris Serrano; Et sane quoad rali datis aduer-
matrem vndequaque frigida est reflexio, quod ipsa spem sùs Personas Ma-
forte reposuerat in quadam hæreditate Comitissæ de la Ca- tris, Fratris, &
dena mox defunctæ, ad quam filius oculos, & quasi manus Sororis.
conuerterat, & quam deinde fuit assequutus, ex quo infert
prædictus P. Procurator Generalis, quod non sit attenden-
dum Testimonium Matri exoptantis filium sui Iuris, &
capacem hæreditatis. Quandoquidem tempore quo Ange-
la Mater suam fecit declarationem, adhuc viuebat Comi-
tissa de la Cadena, ideoquè suibile non est, quod Mater
sub remota spe huius hæreditatis, quæ contigibilitè so-
lùm poterat deferri ad filium, voluerit declarare falsum;
Potissimè reflectendo, quod Angela Mater fecit declaratio-
nem tempore quo Ecclesiæ Sacramentis munita in extremo
vitæ Agone versabatur, & iam iam tremendum Dei Iudi-
cium erat subitura, quodque fortius perstringit, euulga-
uit dictam declarationem, non ut morem gereret voluntati
filii, sed in exonerationem propriæ Conscientiæ ibi = So-
lùm ei vii Catholice Christianæ scrupulum remanebat non pan-
dendi nullitatem Professionis emissæ per P. Petrum Serrano
eius filium, nam animaduertebat nunquam posse obtainere ve-
niā à Deo nisi id exequeretur, ideoque prò exoneratione suæ
conscientiæ debebat dicere &c. Summario num. 8., & 9. in prin-
cipio.

41. In his autem circumstantiis præsumi non potest quod Ma-
ter in articulo mortis constituta propriam animam perdere
voluerit afferendo falsum ob spem incertam, & caducam
hæreditatis filio acquirendæ, vt considerat Card. de Luc. de
Donat. disc. 74. num. ultimo vers. Tertia est pariter Rot. de-
cis. 3. num. 3. tit. 13. de falstat., & simulat. cor. Eminentissi-
mo D. Card. Falconerio tom. 1., in Nucerina Donationis 12.
Decembris 1710. §. finali cor. Reuerendissimo P. D. Aldro-
uando Decano, & in Romana Donationis 17. Aprilis 1712.
§. 30. cor. bo. mem. Ansaldo, & in terminis declarationis
emissæ in exonerationem propriæ conscientiæ ratiocinatur
Actolin. resolut. 21. num. 7., Rodulphin. allegat. 162. num. 12.
Rot. dec. 733. n. 1. cor. Buratt., in Cæsenaten. Successionis 12.
Ianuarii 1722. §. Simultates autem coram bon. mem. de Her-
rera, & 4. Februarii 1724. §. Constatbat autem coram
R.P.D. de Gamaches, & in Romana Pecuniaria 29. Ianu-
arii 1725. §. 33. coram R.P.D Ratto; Consimilem autem de-
clarationem Matri emissam in articulo mortis super vio-
lentiis à Patre illatis filio considerauit hac Sac. Congrega-

lio In Antissudoren. restitutio*n*is in integrum 24. Januarii 1705. lib. decret. 55. fol. 25. à t.

42. Eadem incerta spes hereditatis Patri Serrano quarende fidem non admitt depositioni Sororis, cuius respectu irrelevans eriam detegitur altera subalternans exceptio à P. Priori Generali promota, quod scilicet ipsa esset valde tenera ac imbecillis aetatis, quando frater patiebat metum sibi incussum à Genitore; Si enim Soror tempore depositionis receptæ die 5. Aprilis 1727. constituta erat in aetate anno-
rum 27. Sum. n. 6. litt. A., palam inde fit, quod anno 1715., quo P. Serrano induitus fuit habitu Religioso Sum. nu. 29., Decimum quintum aetatis annum expleuerat, ideoque re-
cte deponere potuit de precedentibus Coactionibus, &
minis eidem P. Serrano à commoni genitore illatis, cum
Testis dicatur idoneus ad deponendum, eo ipso quod per-
penit ad pubertatem, idque verificatur in Masculo maiore
annorum 14., & in foemina duodecimum aetatis annum ex-
cedente, ut per Textum in Canon. Testes 4. qu. 2., firmat
Narbon. de aetate anno 14. qu. 44. num. 6., Rot. in Luceorien.
Matrimonii prima Iulii 1726. §. Nihilominus cor. R. P. D.
Calcagnino. Et licet de tempore incussi metus eadem Soror
fuisse impubes, postquam tamè ad pubertatem accessit,
non prohibebatur testificari de his quæ viderat in ipsa aetate
pubertati proxima, ut bene firmat Cephal. conf. 98. nu. 40.
lib. 2., Miscard. de probation. lib. 3. conclus. 1246. num. 11.,
Farinacc. de Testib. qu. 58. nu. 61., & 62. Card. Tuscb. pract.
Conclus. Iur. litt. T., conclus. 183. num 1., Vitius Commun.
Opinton., opinion. 964. num. 4. §. Et istud equidem procedit,
Narbon. de aetate ann. 14. qu. 44. num. 11.

43. Ceteris debiliorem, ac prorsus diuinatoriam exceptio-
nem sibi figurat idem P. Procurator Generalis aduersus
primum Testem Ioannem Serrano Laicum Carmelitam, &
germanum fratrem P. Serrano, asserens in sua secunda
Informatione diei 6. Nouembris superioris anni 1730. §.
Frater vero, quod idem frater Ioannes tali sensuum hebetu-
dine, & intellectus imbecillitate laborat, ut eius superior Do-
ctus, ac pius eum prorsus ineptum esse, ac fore declarauerit ad
testimonium ferendum in re graui, qualis est Professio Religio-
sa, & propterea non nisi auctoritate supra*m*ma coactus, ei per-
misit testificari in praesenti negocio de metu, ac minis à Patre
oratori incussis =, & mirabili facilitate subiungens = Totum
hoc constat ex Processu.

44. Sed quam facile est diuinare, tam prouum est quæ quis
diuinando dixerit, repellere; Nullibi namque constat ex
Pro-

Processu, quod superior Carmelitarum declarauerit fratrem Ioannem tali sensuum habetudine, & intellectus imbecillitate laborare, ut esset prorsus ineptus ad testimonium ferendum in re graui, solumque habetur, quod cum predicto Superiori Carmelitarum notificatum fuerit praeceptum, quo ei Reuerendissimus Hispaniarum Nuncius demandabat in vim Sanctæ obedientiæ, vt compelleret Fr. Ioannem sui Ordinis Religiosum ad deponendum quidquid sciret in hac causa, respondit superior, quod usque nunc distulit praecipere dicto Fr. Ioanni, ut dictam depositionem exequeretur attento quia considerauit, illum esse incapacem deponendi in materia tam graui = Summario additionali num. 3. litt. A. Nulla prorsus facta mentione ideatæ causæ imbecillitatis intellectus, & habitudinis sensuum, quæ proinde non alijs iustificatur, quam ex simplici assertua P. Procuratoris Generalis cui aduersatur indubitata præsumptio Iuris, quod scilicet vnuquisque censeatur sanæ mentis, & integri, ac perfecti Iudicii, nisi contrarium evidentissimè probetur, ad Text. in l. Codicillos Cod. de Codicill. l. final. Cod. de hered. Institut., & tradita per Rot. dec. 203. n. 5. cor. Rembold. dec. 6. n. 14. inter impressas ad Ornat. Card. de Luc. lib. 9. de Testam. tom. 1. decis. 6. num. 3. tit. 42. de Tutor., & Curator. cor. Eminentissimo D. Card. Falconer. to. 3., in Romana, seu Tyburnina Donationis 25. Ianuarii 1700. §. Aut verò coram bo. mem. Ansaldo, & in nullius, seu Sublacen. Donationis 29. Nouembris 1715. §. Cesante cor. Reuerendissimo Crispo.

45. Verum nec ipsam incapacitatem deponendi in materia tam graui, quam in fratre Ioanne Superiori Carmelitarum praecipsis Reuerendissimi Nuncii obsequi detrectans generaliter prætexebat, nullam habuisse subsistentiam demonstravit subsequens factum. Nam postquam idem superior dede- rat responsum praedictum, & ad nouam interpellationem replicauerat = Nullam posse dare licentiam fratri Ioanni Serrano pro explenda sua depositione in re tam graui, nisi prius praedictus Illustrissimus Nuncius decerneret, quod non obstante praecedenti sua response omniò licentiam de qua agitur, impertiretur Summario additionali num. 3. litt. B. Reuerendissimus Nuncius nouam relaxauit agrauatoriam sub poena excommunicationis maioris latæ sententiæ, praeciando eidem superiori, ut statim =, & non obstante sua response de tempore notificationis data, illico pareat, concedendo licentiam fratri Ioanni Serrano Religioso laico dicti sui Conuentus, ut tamquam Testis deponat in causa, de qua in dicto mandato fit mentio. & sic adimpleat &c. Sum. principali num. 36. in

principio. Signum profectò evidens, quod Reuerendissimus Nuncius probè agnouerat non subsistere oppositam incapacitatem Fr. Ioannis, alias, ea subsistente, non demandasset illius examen, multoque minus Eminentissimus Archiepiscopus in sua Informatione huic Sacrae Congregationi directa expressisset, quod Testes qui deposuerunt in actis, sunt Personæ fide dignæ &c. corumque depositionibus adhibenda est fides Sum.n.34. litt. A., cui relationi Eminentissimi Archiepiscopi, siue inspecta dignitate Personæ, siue attenta exacta cognitione, quam ipse habet qualitatum suorum subditorum, plenissima fides est adhibenda, ut alias dixit Rota decis. 234. n. 16., & 17. part. 16. rec. in Bisnianen. Præministrarum 2. Iulii 1725. §. Consuetudo cor. R.P.D. Calcagnino, & in Alexanen. Participationum 3. Martii 1727. §. Quod autem coram eodem; Atque in hac materia Sac. Congregatio plurimum deferre solet relationibus Episcoporum, ut videre est in Bisuntina restitutionis in integrum proposita 28. Iunii, & resoluta 9. Iulii 1701. lib. decretor. 51. fol. 341., & fol. 372.

46. Non prætereundo ex abbundanti quod quicunque defectus per impossibilem hypothesim obiciendus Depositio- ni unius vel alterius Testis remaneret suppletus in praesenti casu à conspicuo numero aliorum Testium, cum prorsus inuerisimile sit quod tam ingens qualificatorum Testium caterua nullum habentium in Causa Interesse, voluerint conspirare in veritatis subuersiōnem, ut generaliter firmant Bald. in l. bac consultissima num. 20. cod. qui Testam. facere possunt, Rota decis. 135. sub num. 7. §. Quibus accedit coram Merlin. dec. 408. num. 10. coram Priolo dec. 1251. num. 7. coram Emerix Iun. dec. 11. num. 13. part. 18. recen., in Romana Pecuniaria 10. Februarij superioris anni 1730. §. In hunc au- tem coram R. P. D. Ratto, & in punto admonet D. Aduo- catus Vrsaya discept. Ecclesiast. tom. prima par. prima discept. 20. num. 64.

47. E conspectu vero tot Testium de coactione, metu, & auersione positiva statui Religioso deponentium parcipenda est contraria Depositio P. Provincialis, Magistri Nouitiorum, aliorumque paucorum Religiosorum, qui suadere conantur, quod P. Serrano tam Nouitius, quam Professus semper fuit sereno vultu, & quieta mente, absque ullâ coniectione de Professione facienda, aut facta per vim, & metum incussum à Genitore; Tum quia Testes Regulares cum deponere censeantur pro Interesse Monasterij, & ad evitandam propriæ Religionis diffamationem, haberi non debent in consideratione, ut aduertit D. Aduocatus Vrsaya tom. 1. par. 1. discept. 1. num. 40. Rot. decis. 3. num. 5. vers.

Offenditur, quod non sit attendenda contraria Depositio Regulare super libera voluntate.

vers. quia altera post Bordon. de Profess., decis. 1166. sub n. 1.
vers. Præterea, & dec. 1177. num. 3. coram Seraphin., & de-
cis. 178. num. 10. coram Carillo ibi = Quia sunt Moniales
eiusdem Monasterij, cuius interest Professionem esse va-
lidam, & ideo non sunt integræ fidei, dum adsunt alij Testes =

48. Tum, & fortius quia contrarij Testes deponere affe-
ctantes de hilaritate Animi, & sereno vultu P. Serrano
nendum tempore Nouitiatus, sed etiam post Professionem,
conquassantur ab alijs Testibus etiam Religiosis, quibus
cum P. Serrano familiaris consuetudo intercedebat occa-
sione studiorum in Civitate Compluti, apertissimè conclu-
dentibus repugnantiam, contrarietatem atque auersionem
permanentiam in Religione, quam idem P. Serrano continuò
manifestabat Summario num. 15. litt. D. num. 16. litt. B. & C.,
& num. 17. litt. B., & G., cum quibus conueniunt alij plures
Testes Seculares apertissimè justificantes coactionem, ac
metum, prout hucusque probatum fuit. Plus autem defen-
dendum est Testibus deponentibus de metu, coactione,
atque auersione, quam omnibus alijs qui deponere possunt
de libera, & spontanea voluntate juxta concordem DD.
omnium sententiam, de qua Mascard. de probat. con-
clus. 1055. num. 1. cum seqq. lib. 2. Menoch. de præsumption.
lib. 3. præsumpt. 126. num. 31., Rebuff. respons. 68. S. Respon-
deo, & S. Ratio est ubi adducit rationem, quia Testes de-
ponentes de metu, deponunt de eo, quod sensu corporis
percipi potest; illi autem qui deponunt de animo spontaneo,
deponunt de eo, quod non percipiur sensu corpo-
ris, & ideo illis non creditur, Bordon. oper. regular. tom. 5.
de profess. regular. cap. 19. num. 34., Barbos. vot. decis. 16.
num. 89. lib. 2. Corrad. in prax. dispensation. lib. 5. cap. 14.
num. 11., Panimoll. decis. 102. adnotat. 1. num. 18., & 20. Rot.
dec. 326. num. 46. cor. Ludouif. dec. 9. num. 78. cor. Argueilles, &
dec. 178. num. 1. cor. Carill.

49. Et consonant plures huius Sac. Congregationis resolu-
tiones, ex quibus eruitur, quod in concursu Testium, de-
positiones illorum, qui deponebant de Metu, fuerunt am-
plexæ, posthabitæ! Depositionibus Regularium deponen-
tiuum de spontanea voluntate, ut patet in Bisuntina Restitu-
tionis in integrum proposita 18. Junij, & resoluta 9. Iulij
1701. lib. decretor. 51. fol. 341. à tergo, & 372. à tergo, ubi
concessa fuit restitutio in integrum, licet quatuor Monia-
les deponerent super libera voluntate Professæ, ac super
illius permanentia in religione, nulla penitus emissâ con-
questione, seu reclamatione, & in Amalphitana Restitutio-

nis in integrum 8. Augusti 1711. lib. decretor. 61. fol. 61.
à teri, vbi responsum fuit pro restituzione in integrum ad-
uersus Professionem ob metum Parris emissam, licet Guar-
dianus tunc temporis Magister Nouitorum aliisque Testes
Connouitijs deponerent, Religiosum de tempore Nouitiatu-
ris nunquam quæsiuisse sua Vestimenta Secularia ad disces-
sum, imò ante Professionem satisfecisse omnibus functioni-
bus, & requisitis à regula præscriptis.

Non aduersatur
dispositio Sacri
Concilij Triden-
tini in sess. 25. de
Regularib. c. 19.

50. Quibus ita constabilitis, non aduersatur Dispositio Sac. Concilij Tridentini in sess. 25. de regular. cap. 19. decernens, vt qui prætendit se nulliter Professum non audiatur, nisi in-
fra quinquennium tantum à die Professionis. Quià huiusmodi decretum passuam recipit interpretationem, quod non habeat locum, vel quando suppetere justæ causæ non reclamandi, vel quando quinquennio durante, non dum sublata erat Causa Metus, prout explicant Barbos. ibidem num. 8., & 9., Card. de Lyc. de Regular. disc. 41. num. 12. Lezzan. in Sum. quest. Regular. tom. 1. cap. 2. num. 7., & tom. 2. verb. Professio Regularis sub num. 21. vers. idem dico, Van. Espen. in Ius Canonicum Uniuers. par. 1. lli. 27. cap. 6. num. 9., Corrad. in Prax. dispensat. lib. 5. cap. 14. à num. 40. ad nu. 44. Monacell. in formular. tom. 3. tit. 1. formul. 36. num. 3., Mattheus. Official. Cur. Eccles. cap. 41. sub num. 16. vers. Nec ob-
stat.

Nec aduersatur
Decretum huius
Sac. Congrega-
tionis approba-
tum à sa: mem:
Gregorio XIII.

51. Prout nec officit, quod san. mem Gregorius XIII. ex sen-
tentia huius Sac. Congregationis declarauerit, Prætenden-
tes nullitatem Professionis ob vim, & metum, non esse au-
diendos, elapso quinquennio, tametsi allegent vim, &
metum durasse, quam declarationem refert Pignatell. con-
sult. 37. tom. 3., & adducit P. Procurator Generalis in sua
contraria Informatione. Quià decretum prædictum à Grego-
rio XIII. approbatum, non procedit, quando Professus in-
tra quinquennium, prout in casu nostro, mediantibus re-
clamationibus, & Protestationibus, manifestauit animum
Religioni auersum, & de nullitate suæ Professionis, vrpote
per vim, & metum factæ assiduas habuit quarimonias, vt
in puncto explicat Rota dec. 276. num. 14. c̄ram Vbald. repe-
rita post Bordon. de Profess. Regular. dec. 3. sub num. 8. S. quoad
secundam ibi = Quoad secundam verò que emanauit à fäl.
record. Gregorio XIII. &c. non videbatur obstare, quia ex
Testibus prò Didato datis, appareit eum reclamasse etiam intra
quinquennium = Et quod idem Decretum non habeat lo-
cum ad impedieadam restitutionem in integrum concurren-
te justo impedimento non reclamandi, firmat Panimol. de-
cis. 29. num. 48., & 49.

52. Atque hinc multiplicia se se offerunt exempla, in quibus h.e.c Sac. Congregario concedere non dubitauit restitu-
tionem in integrum nulliter Professis ob vim, & metum à
Patre incussum, etiamsi lapsus fuerit quinquennium, quan-
do causa metus duravit, & justa intercesserunt motiva non
reclamandi, prout signanter videre est in Tolonen. Restitu-
tionis in integrum 28. Februarij 1693. lib. Decret. 43. fol. 86.,
in Cadurcen. restitutio*n*is in integrum 19. Iunij 1694. lib. De-
cret. 44. fol. 288., in Taurinen. Restitutio*n*is in integrum 9. Fe-
bruarij 1697. lib. Dec. 47. fol. 59. in Cephaluden. Restitutio*n*is
in integrum 18. Iulij 1699. lib. Decretor. 49. fol. 252., in
Aquen., seu Arelaten. Restitutio*n*is in integrum proposita
23. Ianuarij, & resoluta 19. Februarij 1701. lib. Decret. 51.
fol. 64., & 96. à tergo, & in Antissiodoren. Restitutio*n*is in in-
tegrum 24. Ianuarij 1705. lib. Decretor. 55. fol. 25. à tergo.

53. Quinimò perdurante Causa Metus, aliisque rationabi-
libus concurrentibus motiuis, ex quibus nulliter Professi
non potuerunt judiciales promouere Instantias intrà quin-
quennium, eadem Sac. Congregatio impedita fuit restitu-
tionem in integrum, non obstante acquiescentia, & tac-
tornitate diurna, nec non longissimi temporis lapsu, que-
mадmodum in casu acquiescentiæ annorum, 15. resolutum
fuit in Vlixbonen. Restitutio*n*is in integrum proposita 17. No-
uembris, & resoluta prima Decembris 1714. lib. Decretor. 64.
fol. 430. à ter., & 463. à ter., in terminis acquiescentiæ an-
norum 16. in Sueßana Restitutio*n*is in integrum 3. Augusti
1715. lib. Decret. 65. fol. 337. à tergo, In casu taciturnitatis
annorum 17. in Corduben. 25. Ianuarij, & 22. Martij 1698.
lib. Decret. 48. fol. 40. à tergo, & 131.. In proposito acquies-
centiæ annorum 24. in alia Corduben. 17. Decembris 1701.
lib. Decret. 51. fol. 586. à tergo. In casu lapsus temporis an-
norum 29. in Eluen. Restitutio*n*is in integrum proposita 5. Mar-
tij, & resoluta 9. Aprilis 1701. lib. Decret. 51. fol. 131., &
170. à tergo. In terminis acquiescentiæ annorum 30., &
ultra in Tholosana Restitutio*n*is in integrum 8. Iulij 1705. lib.
Decret. 55. fol. 264., & in Cremonen. Restitutio*n*is in integrum
proposita 27. Augusti 1712., & 30. Septembris 1713., & re-
soluta 18. Nouembris eiusdem anni lib. Decret. 62. fol. 327., &
lib. 63. fol. 420., & 458. à tergo; Ac denique in casu lapsus
temporis annorum 32. in Meleuitana Restitutio*n*is in inte-
grum proposita 29. Aprilis 1702., & resoluta 15. Septem-
bris 1703. lib. Decret. 52. fol. 164., & lib. 53. fol. 413.

54. Viuente autem illo, qui metum incussum, semp̄ durare
dicitur eadem Causa metus, & adesse motuum sufficiens
prop̄ter quod Professus ad deducendam iudicialem nullita-

Adducuntur re-
solutiones huius
Sac. Congrega-
tionis, que con-
cessit restitutio-
nem in integrum
non obstante lon-
gi temporis ac-
quiescentia.

Viuente illo qu^u
metum incussum,
semper durat ea-
dem Causa me-

tem suæ Professionis impeditus remanserit, ex congestis per
Rebuff respons. 68. §. etiam non cessat. Caren. resol. 81. n. 83.
Pignatell. consul. 173. num. 22. tom. 9. Monacell. in formu-
lar. tom. 3. tit. 1. formul. 36. num. 21. Mattheuc. Official.
Cur. Ecclesiasticae cap. 41. sub num. 15. §. Respondeo negatiue,
Rot. dec. 705. num. 1. cum seqq. par. 2., & dec. 373. num. 10.
par. 18. reg.

Excluditur tacita Professio, seu ratificatio.

55. Nequè in hypothesi allegabilis est tacita Professio, seu ratificatio præcedentis Professionis nullæ, ad hunc enim effectum requiritur nouus consensus Profitentis ex nunc, idemque consensus debet esse omnino certus, & liber, cum agatur de subiiciendo Religiosum nouæ obligationi, contrà quām in dubio quælibet semper capienda est interpretatio, ut ex Cap. Significatum 11., cap. consult. 20. de regular. firmante Camerat. respons. decis. 1. art. 2. num. 78. 108., & 123. Ricciardel. in lyceo Ecclesiast. tom. 1. cap. 3. §. 7. nu-
mer. 165. Castropal. Oper. Moral. par. 3. tract. 16. disputat. 2.
punct. 5. num. 2. Eminentissimus D. Cardinalis Petra in Com-
mentar. ad Constitutionem 9. Sixti IV. Sect. 4. vñic. num. 13.
tom. 5. pag. 526.

*Excluditur ratifi-
cacio quæ indu-
ci prætenditur
ex Ordinum fa-
sceptione.*

56. Frustraquè induci prætenditur in P. Serrano hic nouus Consensus, aut ratificatio tacita Professionis ex quo ipse ad Sacros Ordines ascenderit, & exercuerit Officia Religionis, Caplerii nempè, Secretarii P. Provincialis, & Concionatoris. Quandoquidem nullo Iure cauetur, quod invalidè professus per susceptionem Ordinum in Religione, suam Professionem ratificet, ut præcisè ad excludendam ratificationem tacitam desumptam ex Ordinum susceptione communiter firmant Pignatell. consult. 173. num. 74. 76. 96., & 97. tom. 9. Caren. resol. 81. num. 38. Barbos. de Of-
fic., & potest. Episcopi par. 3. allegat. 104. num. 19. Amy-
den. de stylo Dataria lib. 1. cap. 12. num. 26. ibi = Tacite au-
tum non dicitur ratificare, licet quis Ordines suscipiat &c. Si constet de principio eum iniùd professum fuisse, huiusmodi enim Professus Ordines non suscipit ex propria voluntate, sed Superioris Mandantis eum accedere ad Ordines, cui refractarius, dum Habitum gerit regularem, esse non debet &c. Bordon. Oper. Regular, tom. 5. de Profession. Regular. cap. 21. num. 25. Mi-
rand. in Manual. Prælator. tom. 1. quest. 30. artic. 1. circa-
finem vers. neque etiam suscipiat Ordines Sacros, Pellizar. in Manual. Regular. tom. 1. tract. 3. cap. 1. num. 70. Donat. prax.
rer. Regular. tom. 2. par. 2. tract. 8. quest. 5. num. 11. vers.
Nec his obstat. Monacell. in formular. tom. 2. tit. 13. for-
mul. 4. num. 11., & in supplemento tom. 4. fol. 38. num. 82.,
Mattheuc. Official. Cur. Ecclesiast. cap. 41. sub num. 16. §. Nec

obstat, & S. Quapropter, Rot. dec. 705. num. 1. par. 2. rec.
dec. 60. num. 18. post Viulan. de Iurepatron. dec. 276. num. 1.
& dec. 552, num. 20. coram Vbald.

57. Et non obstante Sacrorum Ordinum susceptione conces-
sa fuit restitutio in integrum ab hac Sac. Congregatione in
Vrbuerana restitutio in integrum proposita 18. Februarii,
& resoluta 11. Martii 1713. lib. Decretor. 63. fol. 57. à ter.,
& 81. à ter. & in fortioribus terminis in Cremonen. Restitu-
tio in integrum proposita 30. Septembris, & resoluta 18. No-
vembris 1713. lib. Decretor. 63. fol. 421., & 458. à ter. vbi
Professus in susceptione Sacrorum Ordinum iuxta disposi-
tionem Concilii Mediolanensis V. Iure Iurando affirmauerat
spontè, & non coactè professum fuisse.

58. Officia verò exercita per P. Serrano, vltra quod recen-
seri non possunt intè munera honorifica Religionis, quæ
quodammodo præferant in exerceente approbationem sui
Status, quia munus Capserii, & Secretarii P. Provincialis
reducitur ad simplex laboriosum, & Manuale Seruitium,
nullam existimationem, aut Superioritatem Religioso tri-
buens. Hoc vnum tamè est certum, quod ex receptione
Officiorum, quæ prouenire potest ab Obedientia Superiori
debita, non inducit tacita ratificatio, vt aduertunt Mat-
theucci. Official. Cur. Ecclesiast. cap. 41. sub num. 16. §. Nec ob-
stat, Ricciardel. in Lyceo Ecclesiast. cap. 3. §. 7. num. 115. 118.
& 135. D. Aduocatus Vrsaya tom. 1. par. 1. discept. 20. n. 92.,
& 93. Rot. dec. 628. num. 7. coram Merlin., vbi quod non
obstabat Monialem per triennium exercuisse Officium Cel-
lerariæ.

59. Nec dissimilis fuit Sensus huius Sac. Congregationis,
quæ pluriès concessit restitutio in integrum etiam si
Professi exerceissent Officia Religionis, vt in Cephaluden.
Restitutio in integrum 14. Februarii, & 18. Iunii 1699.
lib. decret. 49. fol. 57. à ter., & fol. 252. vbi Monialis exer-
cuerat Officium Magistræ Nouitiarum, in Mantuana 16.
Januarii 1700. lib. Decret. 50. fol. 2., & 9. Iulii 1701. lib.
Decretor. 51. fol. 375. vbi Professus, Religionis Munia exer-
cuerat per viginti annos, & vltra, in Meleuitana Restitutio-
nis in integrum proposita 29. Aprilis 1702., & resoluta 15.
Septembris 1703. lib. Decret. 52. fol. 164., & lib. 53. fol. 413.
vbi Monialis per annos 32. permanserat in Monasterio, &
ex Informatione Episcopi constabat eam = *Munera Infir-*
mariæ, Sacristiæ, aliaque huinsmodi exerceisse &c. ac omnes
Ordinationes Regulares, sicut ceteræ Moniales Professa, ob-
seruasse.

Acceptatio, &
exercitium Offi-
ciorum in Reli-
gione non indu-
cit tacitam rati-
ficationem.

60. Hoc insuper addito, quod perdurante Causa Metus, eademque potestate, ac superioritate cogendi ex quibuscumque actibus Professis tantum conuenientibus, & à Regulari gestis, qui sunt potius effectus Obedientiæ quam voluntatis, nunquam resultat noua Professio, vel præcedentis Professionis nullæ tacita ratificatio, ex animaduersis per Pignatell. consult. 173. num. 15., & 31. tom. 9. Bordon. Oper. Regular, tom. 5. de Profession. Regular. cap. 21. num. 51., Mattheucc. Official. cur. Ecclesiastice cap. 41. num. 15., & 16, Sperell. dec. 80. num. 7., & 8. Panimoll. dec. 29. num. 55., & dec. 102. annot. 2. num. 27. Rot. dec. 98. num. 16. coram Peutinger. dec. 628. num. 7. coram Merlin. dec. 178. num. 6. coram Carill. dec. 705. num. 1., & per tot. par. 2. dec. 172. num. 43. par. 7., dec. 373. num. 10. par. 18. rec., & in terminis Monialis, quæ in quodam Instrumento dixerat, quod licet non esset Monialis, tunc Monialis esse volebat, firmavit ead. Rota dec. 9. à num. 2. ad num. 8., & num. 11. coram Arguell., & decis. 229. numer. 4. cum seqq. coram Carill.

Ex Reclamati-
nibus, & Pro-
testationibus ex-
cluditur tacita
ratificatio.

61. Quando præsertim constat, quod Religiosus tam ante Professionem, quam post illam, ostendit animum auersum Statui Religioso, & semper de hoc fuit conquestus apud Consanguineos, & Amicos, qua stante auersione allegari nequit ratificatio, seu tacita Professio uti fundata in simili præsumptione Iuris, & è conuerso elisa ex reclamationibus, declarationibus, & actibus in contrarium gestis, cum impossibile sit, inter hanc auersionem, torque reclamaciones, colligere illam liberam, & Spontaneam voluntatem, quæ pro actus substantia est simplicitè necessaria in ratificatione Professionis, vt benè considerant Innocent. in cap. per latum num. 3. de his quæ vi, metusue Causa, Cyriac. Controvers. 371. num. 35., & 36. Suarez. de Religion. tom. 3. lib. 7. cap. 4. num. 6. Pignatell. consult. 173. num. 29. 32. 43. & 75. tom. 9. Caren. resolut. 81. num. 38., & 40. Rebuff. conf. 68. §. etiam nunquam Bordon. tom. 5. de Profession. Regular. cap. 21. num. 50. Card. de Luc. de Regular. disc. 45. n. 5. & in Annotat. ad Sacrum Concil. Tridentinum disc. 41. num. 8. Mattheucc. Official. Cur. Ecclesiastice cap. 41. sub num. 15. §. Nec obstat in fine Panimol. dec. 29. num. 57., & adnotat. 3. n. 23. 24., & 28. Rot. dec. 189. num. 3., & 6., & dec. 276. n. 11. coram Vbald. dec. 229. num. 3. coram Carill. dec. 9. num. 34., & dec. 25. sub num. 10. §. Cum ergo coram Arguelles, dec. 837. num. 9. coram Cerro dec. 491. num. 18. coram Royas, dec. 117. num. 15. coram Ottobon. dec. 952. num. 25. coram Emerix. Jun. dec. 705. num. 5. part. 2. dec. 397. num. 1. par. 4. tom. 1. dec. 96.

dec. 94. num. 4., & 5. par. 9. tom. 1. dec. 211. num. 19. par. 13.
dec. 134. num. 13. cum seqq. par. 14., & dec. 373. num. 11.,
& 12. par. 18. rec.

*Etiam si recla-
mationes, & Pro-
testationes fue-
rint extrajudi-
ciales cor. Ami-
cis, & Consan-
guineis.*

62. Idque procedit, etiā reclamations, & protestatio-
nes non fuerint Iudiciales; ad excludendam namque ra-
citam ratificationem sufficiunt simplices Declarationes ex-
trajudiciales corā Amicis, & Consanguineis emissae, quia
si deductæ fuissent in Iudicium, frustanea remanceret In-
stantia Restitutionis aduersus Lapsum quinquennii, prout
considerant Pignatell. consult. 173. num. 28-29., & 101.
tom. 9. Hodiern. controv. forens. cap. 16. num. 51. Barbos. ad
Sac. Concil. Trident. fess. 25. de Regular. cap. 19. num. 10.,
Card. de Luc. de Regular. disc. 45. num. 5., & in Annotat. ad
Sac. Concil. Tridentinum disc. 41. num. 8. Mattheucc. Official.
Car. Ecclesiast. cap. 41. num. 16. §. Nec obstat dec. 1210. n. 4.
in fine corā Penia, dec. 930. num. 3. §. Accedentibus corā
Dunoz. Iun. dec. 705. num. 5, par. 2., & dec. 311. num. 20,
par. 13. rec.

63. Nil officiente, quod superfluum sit differere de Nouo
taçito Consensu P. Serrano, quando ipse singulis annis iux-
tā præscriptum Constitutionum Ordinis Clericorum Regu-
larium Ministrantium Infirmis ratificauit expressè sua Vo-
ta in perugilio fæstivitatibus Sanctissimæ Conceptionis B.Ma-
riæ Virginis. Siquidem actus ratificationis, seu Annualis
Renouationis Votorum iniunctus à Constitutionibus Ordi-
nis uti actus necessarius, non est sufficiens ad inducendum
nouum Consensum in P. Serano, & ad impediendam Re-
stitutionem in integrum, quia ipse huiusmodi actui debe-
bat intervenire titulo Obedientiæ, ac iussu Superiorum,
quibus obsequi voluisse præsumitur, & refractarius esse
non poterat, ut specialiter admonent Pignatell. Consult. 180.
num. 16, tom. 9. Roderic. quæst. Regular. tom. 3. quæst. 17.
art. 15. Amyden. de Stylo Datariæ lib. 1. Cap. 12. numer. 26.
D. Aduocatus Vrsaya discept. Eccl. tom. 1. par. 1. discept. 1.
num. 56. cum duobus seqq., & tom. 2. par. 2. discept. 21. n. 41.
Rot. dec. 2. sub num. 5. vers. in propositio post Tambur. de Iur.
Abbat., & dec. 397. num. 6. par. 4. tom. 1. rec. ibi = Creden-
dum est Renatam intervenisse in illis actibus iussu Abbatissæ,
cui illa cum esset quoad formam exteriorem in Statu Monialis,
& Professæ, contradicere non poterat.

*Respondetur an-
uali Renouatio-
ni Votorum fieri
solita juxta Con-
stitutiones Reli-
gionis.*

64. Et hæc Sac. Congregatio pluriès concessit Restitutio-
nen in integrum aduersus lapsum quinquennii Ratione
Nullitatis Professionis emissæ per vim, & metum, non ob-
stante Ratificatione Votorum sequuta singulis annis, & præ-
cipue in Lingonen. Restitutionis in integrum proposita 12. Apri-
lis,

lis, & resoluta 20. Decembris 1698. lib. Decret. 48. fol. 161.
à ter. & fol. 598., & in Melcuitana Restitutionis in integrum
proposita 29. Aprilis 1702., & resoluta 15. Septembris 1703.
lib. Decret. 52. fol. 164., & lib. 53. fol. 413. vbi Monialis
Professio per vim, & metum anno 1675. per 20. annos, &
ultra solemniter peregerat Renouationem Votorum in festo
Epiphanie Domini juxta Constitutiones Ordinis.

65. Quodquè P. Serrano post Professionem dubio procul in-
terfuerit consuetæ solemnitatæ renouationis votorum,
tamquam actui necessario in vim obediens & Superiori de-
bitæ, atque ad explendam exteriorem formalitatem, non
autem animo se obligandi, aut ratificandi suam Professio-
nem nullam, satis superque comprobatur ex depositione
Testium; Secundi nempè Summario num. 6. litt. CC., Tertijs
Summario num. 7. littera V., Quinti afferentis, quod cum
ipse dixerit P. Serrano = *Quamprimum veniet tempus, in*
quo Vestra Reuerentia ratificet Vota sua Professionis = Acce-
pit responsum = Certum est, quod reperier in illo actu, sed
solum illum faciam pro explenenda exterioritate = Summario
num. 10. litt. M., & R., & concordant Testes Religiosi, Pri-
mus videlicet habens pro certo, & absque ullo dubio, quod
ille neque tacite, neque expressè ratificauerit suam Professio-
nem Summario num. 15. litt. G., & H., Secundus Summario
num. 16. litt. G., & H., ac denique Tertius affirmans, quod
ipse = *habet pro certo, & absque ullo prorsus dubio, quod ca-*
su, quo dictus Pater Serrano hoc anno, vel alijs forsitan annis
dicto ratificationis actui adstitisset, inuoluntarius adfuisset, &
ad solum finem externè explendi consuetam Ceremoniam re-
spectu manifeste renuentia, ac totalis repugnantia, & disipli-
centia, quam d. P. Serrano continuò præseferebat perma-
nendi in Religione Sum. n. 17. litt. G.

Respondetur ob-
iecto, quod P.
Serrano post Ge-
nitoris obitum,
acquieuerit per
aliud Quinquen-
nium.

66. Paris denique relevantiæ detegitur obiectum mordicūs
inculcatum in sua Informatione à Patre Procuratore Gene-
rali, & in eo consistens, quod cessata causa metus ob Geni-
toris obitum sequutum die 5. Octobris 1711. Summario nu-
mer. 32., adhuc Pater Serrano acquieuerit per aliud Quin-
quennium, eoque solum effluxo Iudiciales Instantias pro-
mouerit super nullitate sua Professionis, cum enim iustifi-
cetur, quod Pater Serrano immediatè post obitum Patris
euulgavit animum determinatum obtinendi iudicialiter de-
clarationem nullitatis Professionis; Quod continuò recla-
mavit, & frequentes protestationes super dicta nullitate
Professionis emisit, quodquè demùm superuenerunt iustæ
Causæ impedientes, ne illius propositum illico demandare-
tur exequutioni, perseverantia in Religione per quemcum-
que

que temporis lapsus', inefficax est ad impediendam restitu-
tionem in integrum, quemadmodum ex punctualibus huius
Sacrae Congregationis resolutionibus probatum fuit suprà
§.53. , & in punto , quod perseverantia in Religione post
mortem illius , qui metum incusit , non officiat, quandò in-
tercedunt protestationes , & declarationes factæ à nullitè
Professio , animaduertit Caren. resolut. 81. num.34:, Rota
dec.579. n.2. , & 3. par.1. rec.

67. De apertis declarationibus animi à Patre Serrano sta-
tum factis post obitum Patris , & de firma ipsius voluntate
parandi documenta necessaria pò iustificanda nullitate suæ
Professionis ob vim , & metum incussum à Patre , superlati-
vum Testimonium perhibent primus Testis Summario n.5.
litt.DD. , Secundus Summario num.6. littera S. , Quintus ,
inquiens , quod Pater Serrano = Internè non sentiebat mor-
tem sui Genitoris , nàm modò poterat cum plena libertate , &
absquè suo detrimento ponere hanc litem nullitatis suæ Profes-
sionis , quàm priùs non fuerat executus viuente Genitore , ob
ingentem metum , & timorem , quos de illo , & de eius minis ha-
bebat = Summario num.10. littera N. , alijque duo Testes
ad perpetuam examinati anno 1721. , qui posteà ratifica-
runt formitè Sum.n.14.lit.D.

68. Præterea idem Pater Serrano in Epistola illicò post mor-
tem Patris conscripta Ioanni eius Fratri ab Oppido de Cbil-
taron , vbi Pater decesserat , significando eidem Statum hæ-
reditarium Bonorum , declarauit , quod eatenus tunc non
promouebat suę Professionis nullitatem , quia cùm esset iam
in Sac. Subdiaconatus Ordine constitutus , verebatur , quod
intentata nullitatis Professio ei præpediret assensum ad re-
liquos Sacros Ordines , ideoque deliberauerat se promo-
ueri facere ad illos , statim ac perueniret Matritum , & suc-
cessiuè obtainere Apostolicum Indultum , cuius vigore per-
manere posset extrà Clastra , retento habitu , sub motiuo
præstandi assistentiam eius Matri Senio confecte , ac paupe-
ri , vt ita facilius in libertate positus Iudicialem Instantiam
sopèr nullitate suæ Professionis valeret instruere , vt deponit
primus Testis Summario num.5. litt.DD. , & EE. , Secundus
Summario num.6. littera T. , & alijs duo , qui de auditu à
Matre affirmant , quod Pater Serrano = Introducere volebat
Iudicium sopèr nullitate suæ Professionis postquam obtainuisset
Beneplacitum Apostolicum , vt posset , habitu retento , extra
Clastra pernoctare in Materna Domo ad effectum eam alendi ,
& quod , si similem gratiam dictus Pater Serrano obtainuisset ,
habebat in animo probare nullitatem suæ Professionis , dàm sc
poterat quietè litem mouere , & absquè metu , quo agebatur in-

P. Serrano im-
mediate post obi-
tum Patris aper-
te declarauit Ani-
mum suum .

P. Serrano de-
clarauit Causas
propster quas non
promouebat sti-
tim Iudicium su-
per nullitate Pro-
fessionis .

P. Serrano sta-
tim post obitum
Patris parare
capit necessarias
probationes.

Et procurauit
Apostolicum In-
dultum, ut per-
manere posset ex
tra Claustra.

In Religione P.
Serrano non ba-
buisset omnimo-
dam libertatem
instruendi Iudi-
cium nullitatis
Professionis.

tus Religionem = Summar. numer. 14. littera G.

69. Verbalibus animi expressionibus cohærentia dignoscun-
tur positiva facta; Etenim Pater Serrano die 30. Octobris
1721., & sic mense nondūm elaplo à die obitus Genitoris,
corām publico Notario comparens, instetit, ut examinaren-
tur tres Testes ad perpetuam supèr coactionibus, & violen-
tijs ab eodem Genitore illatis Summario num. 14., & com-
pleto examine, illius authenticō documento se præmunire
curauit dicto Summario num. 14. littera P. Rursus codem an-
no 1721. dispensatis instertitijs ad Sacrum Diaconatus Or-
dinem promoueri obtinuit Summario Additionali num. 4., &
sequenti anno 1722., prævia dispensatione tresdecim men-
suum ad Saerum Ordinem Presbyteratus ascendit a Summ.
Additionali num. 5.

70. Successiuè autēm, ut liberiūs extrà Religionem, prout
animo conceperat intentare posset Iudicium supèr nullitate
sue Professionis anno 1723., reportauit à Santa Sede Apo-
stolicum Indultum permanendi extrà Claustra, & inhabi-
tandi Domum Maternam, ut resultat ex depositione Se-
cundi Testis Summario num. 6. littera V.; Sed cum exequi-
tioni eiusdem Indulti se se opposuerint Religiosi, ut affirmat
ipsem Pater Garzia Provincialis Summario num. 22. littera F., & iudicialiter fassa fuit Religio corām Iudice Subde-
legato Summario num. 35. littera A., Pater Serrano coactus
fuit magis opportunam præstolari occasionem, ut in plena
libertate constitutus instruere posset iudicium nullitatis
Professionis, ea ductus opinione, quod Quinquennium à
Sacro Concilio Tridentino concessum ad reclamandum,
computari deberet solùm à die, qua per obitum Patris ces-
savit causa metus, quam opinionem, quamvis fortassè in-
substantem, sequutus fuit Pignatell. consult. 173. num. 6.
tam. 9. ibi = Ex his autēm colligitur, quod Quinquennium
concessum à Tridentino ad reclamandum prò inualiditate Pro-
fessionis, debet computari à die, quo cessat metus, & ideo si me-
tus duret post Quinquennium, quia durat Causa ipsius, adhuc
concedendum est aliud Quinquennium post cessationem metus,
in quo possit reclamare, aut si cessat intrà Quinquennium, tunc
debet incipere Beneplacitum Quinquennij concessum &c.

71. Et reuerà non sinè fundamento P. Serrano pertimesce-
bat, quod in Religione degens, non habuisset omnimodam
libertatem intentandi, & prosequendi Iudicium nullitatis
Professionis, quia id ipsum demonstrauit eventus, dum
post inchoatum Iudicium, Religio tales adhibuit conatus
ad impediendam ilius prosequitionem, talibusque vexa-
tionibus insequi cepit eundem P. Serrano, ut opus fuerit
recur-

recurrere ad Supremam Auctoritatem Iudicis Subdelegati, qui experimento cognoscens utilia fuisse reiterata Praecepta per ipsum facta Superioribus, tandem, ut Patri Serrano plenam tribueret libertatem deducendi sua Iura, eum in Regio Conventu S. Philippi Ordinis S. Augustini per modum Depositari collocari mandauit, prout fuit exequutum Summario numer. 37. 38., & 39., & Summario Additional numer. 6.

72. Expeditæ inchoationi formalis Iudicij, alterum super accessit excusatione dignum impedimentum ex eo promanans, quod P. Serrano post genitoris obitum prius febri maligna, & angine morbo, ac deinde alijs Infirmitatibus plurijs oppressus remansit, ut desumitur ex depositione secundi Testis Summario num. 6. litt. Z. & AA., quinti Summario num. 10. litt. O., & Testium Religiosorum primi videlicet Summario num. 15. litt. E., secundi Summario num. 16. litt. D. & E., ac tertij Summario num. 17. litt. C. & D., ac propterea dilatio reclamationis post mortem Patris, & aliquorum annorum acquiescentia ab impedimento Infirmitatum procedens, impedire nequit restitutionem integrum, quam alias, ea non obstante, concessit hæc Sacra Congregatio in Cordubén. restitutionis in integrum 17. Decembris 1701. lib. decretorum 51. fol. 587. à tergo, in Tolosana restitutionis in integrum 18. Iulij 1705. lib. decret. 55. fol. 264. & in Sueffana 3. Augusti 1715. lib. decret. 65. fol. 337. à tergo.

73. Nec minoris ponderis est reflexio illa, quod Patri Serrano post obitum Patris fas non erat amplius reclamare, vel coram Ordinario, vel coram Superioribus Ordinis, quia effluxo quinquennio iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini, recurrentum erat per necesse ad Summum Pontificem pro implorando extraordinario remedio restitutionis in integrum, quod iuxta communiorum, ac tutiorum DD. sententiam in praxi receptam, nequit ab alijs concedi, nisi à Papa, ex animaduersis per Fagnan. in cap. consuluit, qui Cleric. vel voun. Matrim. contraher. poss. sub num. 35. §. Hæc autem tom. 4., Zipeus in Ius Pontific. nouissim. lib. 3. tit. de Regular. sub num. 47. vers. Cæterum, Diana oper. moral. in coordinat. part. 7. tract. primo resolut. 181. num. 2., Bordon. oper. Regular. tom. 5. de Profess. Regular. cap. 22. n. 13., Card. de Luc. de Regular. disc. 41. num. 13., Van Espen. in Ius Canonicum part. prima tit. 27. cap. 6. num. 9., Donat. rerum Regular. tom. 2. part. 2. tractat. 12. quest. 14. num. 8. & 9., & tom. 4. tractat. 12. quest. 30. num. 2., Monacell. in formular. tom. 3. tit. primo formul. 36. num. 3., & declarauit hæc Sacra

Post obitum genitoris P. Serrano fuit pluribus Infirmitatibus oppressus.

Post quinque-
nium Iudicium
restitutionis in
integrum solum
poterat instrui in
Vrbe.

Cougregatio 21. Decembris 1621. lib. decretor. 12. pag. 84.
& in Carthaginen. 22. Septembris 1646. lib. decret. 18. fol. 202.
vbi censuit scribendum Nuncio Hispaniarum, vt se abstineat à concessione restitutionis aduersus lapsum quinquennij.

P. Serrano ex
causa Paupertatis non poterat
succumbere impensis necessariis
faciendis pro instruzione, &
prosequutione Iudicij.

Respondetur ob-
iecto, quod P. Ser-
rano adstiterit
ultimæ Infirmitati Patris, &
nullam ab eo
procurauerit de-
clarationem.

Respondetur an-
nuali renouatio-
ni Votorū factae
post obitum Pa-
tris.

74. Exinde autem quatenus EE. VV. assueta benignitate perpendere dignentur nedum eximas impensis erogari solitas in causis, quæ agitantur in Curia, vt aduertit Rot. decis. 325. num. 11. part. 14. decis. 527. n. 2. part. 18. decis. 479. num. 17. part. 19. recent. Verum etiam extremam inopiam Patris Serrano, qui ob familiares angustias propriæ Domus, Teste ipsomet P. Provinciali Summario num. 22. l. 1. A. opus habuit charitatiis subsidijs, vt indui posset Habitu Regulari, & Professionem emittere, in comperto habebunt, quod neutquam refragatur ipsum post obitum Patris per aliquod tempus protractisse reclamationem Iudiciale ob impotentiam succumbendi expensis ad id necessariis, vt in proposito considerat D. Aduocatus Vrsaya disceptat. Ecclesi. ist. tom. 1. part. 1. discept. 20. n. 82. & 119.

75. Nec obstat, quod P. Serrano assistens in Paterna domo vltimæ Infirmitati Patris, potuisse vel per se, vel per alios moribundum Patrem compellere, vel saltem consilijs suadere, vt propriæ saluti, & conscientiæ consuleret, declarando se pertinaciter vim, & metum proprio filio intulisse, quod tamen nec fecit, nec facere cogitauit, quemadmodum totidem ferè verbis opponit P. Procurator Generalis in sua secunda Informatione §. Additur. Etenim ultra quod conueniens non erat, quod P. Serrano vexaret Genitorem ad mortis angustias redactum, illiusque conscientiam scrupulis agitaret, quando viuentibus adhuc Testibus apprimè conscientijs de metu sibi à Patre illato, non indigebat vltiori declaratione Paterna pro instruendis concludentissimis probationibus; Veritas tam en est, quod P. Serrano, quando accessit ad Domum Paternam, vt Infirmo Genitori assistiret, illum adiuuenit sensibus iam destitutum, prout iustificari posset, quatenus EE. VV. de hac indubitata circumstantia certiores fieri exoptarent.

76. Ad inducendam verò in P. Serrano expressam ratificationem Professionis, etiam post genitoris obitum, nullam vim facere potest annualis renouatio Votorum ad formam Constitutionum Ordinis ministrantium Infirmis expleri solita in Vigilia festivitatis Sanctissimæ Conceptionis; Tum quia huiusmodi renouatio Votorum tamquam actus necessarius, & ab obedientia Superioribus debita prænanans, inefficax est ad inducendam ratificationem, vt probatum fuit

fuit supra §. 63. & 64. Tum etiam quia P. Serrano ab anno 1721., quo genitor decessit, usque ad annum 1725. vel pluribus Infirmitatibus, vel alijs occupationibus detentus, non interfuit actu ratificationis, ut probat secundus Testis Summario num. 6. litt. Z. & AA., & confirmant tres alij Testes Religiosi Summario num. 5. & 16. litt. E. & F. & Summario num. 17. litt. C.D. E. & F.

77. Anno autem 1726. fuit quidem praesens dictæ solemnitati renouationis Votorum, sed absque illa intentione se obligandi, explicitè declarando, quod ratificabat dicta Vota, eadem met forma qua suam Professionem fecerat, sub quo inuolucro verborum significare intendebat, quod sicuti fuerat nulla eius Professio, ita eadem nullitate laborare deberet subsequens renouatio, ut de auditu ab ipso P. Serrano deponunt secundus Testis Summario num. 6. litt. BB., quintus Summario num. 10. litt. R., & comprobant quartus Testis Religiosus, qui fuit praesens ratificationi Votorum factæ à P. Serrano anno 1726. affirmans = qualiter predi-
ctus P. Serrano anno proxime præterito 1726. concurrerit renouationi Votorum, dicendo quod vota renouabant eadem met forma, quam ea fecerat in sua Professione, QVOD TESTIS A DICTO P. SERRANO AVDIVIT IN ILLO ACTU = Summario num. 18. litt. C., ut propterea ex eodem actu vanum sit prætendere, quod possit desumi ratificatio, prout in terminis consimilis renouationis Votorum factæ absque animo ratificandi probat D. Aduocatus Vrsaya discept. Eccles. tom. 2. part. 2. discept. 21. num. 38.

78. Nullam in facto habet subsistentiam, quod P. Serrano, ut supponit contraria secunda Informatio P. Procuratoris Generalis §. Accedit = P. Generalem Ordinis, etiam interpo. fatis Personis, ac medijs per Epistolas precatus est, ut Regij procurauerit mu-
concionatoris titulo se insigniri permetteret; = Diligentia nus Regij Con-
namque adhibitæ ad hoc, ut P. Serrano Regij Concionato-
ris munere decoraretur, solum processerunt à Comite de la Cadena, qui per hoc medium sibi blandiebatur auertere posse P. Serrano à suo firmo proposito intentandi nullitatem suæ Professionis, ut de auditu ab ipso Comite narrat primus Testis Summario num. 5. litt. FF., & deponit etiam quintus Testis Vxor eiusdem Comitis Summario num. 10. litt. L.

Non subsistit,
quod P. Serrano
Regij procurauerit mu-
concionatoris.

79. Irrito demùm conatu P. Procurator Generalis in spē-
dicta secunda contraria Informatione §. Tandem suadere preffioni factæ à
satagit, quod P. Serrano suam Professionem fassus fuerit P. Serrano in-
ratam, id deducendo ex quo in Epistola die 8. Aprilis 1726. Epistola directa
directa P. Consultori Generali Ordinis, expresserit = giorni P. Consultori Ge-
nerali:

sono, & anche anni, che feci riflessione sopra l'Abito Religioso, che indegnamente veste, e che per mezzo del medesimo (così lo permetta Dio) bò assicurata la strada della salute dell'Anima mia Summario Additionali num. 7. litt. B. Quoniam ex prædicta Epistola originaliter transcripta in alia diei 15. Junij eiusdem anni 1726. directa Reuerendissimo P. Generali dicto Summario Additionali num. 7. litt. E., apparet, quod Superiores Ordinis eo sub motu, quod P. Serrano administraret varia capitalia prorsus aliena à suo Religioso statu, prout dicunt contrarij Testes Religiosi exaduersò dandi, cum volebant transmittere ad Cuiitatem Cæsarangustanam; Id verò ægrè ferens P. Serrano, ex eo quod, iuxta Medici attestacionem, Cuiitatis Cæsarangustanae clima, detimento esse poterat eius habitualibus Infirmitatibus cum euidenti propriæ vitæ discrimine dicto Summario Additionali num. 7. litt. F., in prædictis Epistolis permiscebat expressiones vero filio Religionis conuenientes, ut sic superiorum benevolentiam sibi compararet, atque illorum animum permulceret, quem potius irritasset, quatenus asperis verbis protestatus fuisset, quod erat nulliter professus.

80. Eaque propter, cum tranquillitas animi fuerit expressa incidenter ad aliud finem, & effectum, nullum indè potest desumi validum argumentum ratificationis Professionis, quia, vt confessio facta in Epistola noceat confitenti, debet esse deliberatè prolata, & ex certa scientia, in modum vt, si fuerit facta incidenter propter aliam causam, & ad aliud finem, nihil probat, vt egregiè aduertit Paulus Rubeus in adnotat. ad decis. 282. a num. 72. cum seqq. part. 9. recent., & signanter num. 75. cum seqq., eam rationem adducens = Quando enim aliquid non est deliberatè, & cum causa prolatum, non est attendendum, prout dicimus de verbis ampullofis, & adulatorijs, quæ tamquam inania, frustratoria, & sine mente seriò prolata non attenduntur, & facit illud vulgatum dictum = leniebat dictis, & mens contraria putabat.

81. Cæterum etiamsi fundamenta usque nunc persensa, & apertum aditum sternentia petitæ gratiæ restitutionis integrum, aliquam dubietatis umbram præseferre adhuc possent, in dubio locus esse deberet cuicunque arbitrio fauore P. Serrano, ne illius anima subsit periculo perditonis absque villa Religionis utilitate, imò potius cum maxima eius inquietitudine, ac perturbatione ad tradita per Pignatell. consult. 4. num. 10. tom. I., & consult. 173. num. 7. vers. Quod sanè tom. 9., Amyden. de stylo Dataria lib. primo cap. 12. num. 23. Potissimè quià nullitas oritur ex defectu liberi consensus, quo casu in statu dubietatis iudicatur pro nulli-

In dubio potius
iudicandum vi-
detur pro nulli-
tate Professionis.

nullitate Professionis, cum fauor libertatis, quæ est de
Iure naturæ, potior semper sit, & præualeat fauori Reli-
gionis, vt in punto considerat Pignatell. dicta consult. 173.
num. 157. tom. 9., Cardin. de Luc. de Regular. disc. 43. n. 13.,
Ricciardell. in Lycto Ecclesiastico tom. 1. cap. 3. §. 7, num. 186,
cum seq., Rot. decis. 491, num. 20. coram Royas, & decis. 9,
num. 84. & seq. coram Arguelles.

Quare &c.

*Franciscus Corazza Aduocatus,
Ioannes Baptista Melolius,*

Georgie Geer
Hannington Coraessa Andreeanum.
Johannae Bodilya Westonianum.

Hannington Coraessa Andreeanum. Johannae Bodilya Westonianum.

S V M M A R I V M .

Num. 1.

CVM P. Petrus Serrano Religiosus professus in Domo Depositio Magistri B. Mariæ Virginis Assumptionis nuncupat. in Da- Grammaticæ , quod maio Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Genitor Petri Princi- Infirmis huius Oppidi Matriti requisuit me Notarium palis instabat , ut om- infrascriptum , ut ei traderem authenticum testimonium , nino in studijs profice- de aliquibus depositionibus Testium fact. super vi. & vio- ret , ex quo volebat , lenta , quam Ioannes Serrano illius Genitor fecerat , ut quod fieret Religio- fieret Religiosus , & professionem in dicta Religione emit- sus . teret ; Ego Notarius &c. cum hodie reperirer in Op- Que depositio fuit re- pido de Torte Laguna fidem facio , & certifico , quod cepta à publico Nota- ibi alloquutus sum cum D. Emanuele de la Peña Gram- rio ad d. Petri instantiam die 8. Maii 1726. matica Præceptore eiusdem Oppidi super varijs rebus , & inter illas super persona dicti P. Petri Serrano , & quod dictus D. Emanuel de la Peña dixit , & depositus , qua- liter pluribus , & varijs vicibus Mater dicti P. Petri Serrano accesserat ad suam Domum , & ei dixerat , quod licet P. Petrus Serrano nollet studijs sedulò incumber- re , illius Genitor instabat , ut omnino in studijs proficeret ; nam volebat quod fieret Religiosus . Et dictus Emanuel de la Peña asseruit habere ætatem 42. annorum , & fuisse , & esse vera , quæ superius depositus &c. prout fidem facio in dicto Oppido de Torre Laguna die 8. mensis May 1726.

Coram me Emanuele del Rey Not. Apost.

In dicto Oppido de Torre Laguna die , mense , & anno præcalendatis .

Fidem facio ego Notarius Apostolicus infrascriptus , pez famuli Tabellarij qualiter alloquutus fui cum Andrea Lopez de Ayas fa- mulo Tabellarij eiusdem Oppidi , qui mihi retulit , quod in ipsius Societate Equos veredarios consensi , & equitantes Ioannes Serrano , & Petrus prædicti Ioan- nis filius , antequam peruenirent ad situm , vulgo nun- cupat. Hortaleza , ipse Andreas audiuimus dicere à dicto per vim omnino fieret. Ioanne ; quod dictus Petrus eius filius , tunc temporis studens , nolebat Religionem ingredi , & quod eundem Fuitque recepta à pu- filium ad Villam Matriti asportabat , ut voluntarie , vel blico Notario ad Prin- per vim omnino Religiosus fieret , & Regularem statum cipalis instantiam die assumeret ; & quod secum Matritum petiere . Et dictus 8. Maij 1726.

Andreas Lopez asseruit habere ætatem 36. annorum Ex Traduct. fol. 46. circiter , & esse vera ea , quæ superius expressit &c. ter.

Quamobrem , ut de his constet , hoc publicum testimo-

A

Num. 2.

Depositio Andreæ Lo- pez famuli Tabellarij Turris Lagunæ , quod audiuit dicere à Geni- tore Principalis , quod filium asportabat ad Villam Matriti , ut per vim omnino fieret Religiosus .

A nium,

nium, ut Notarius Apostolicus dedi ad petitionem
&c. dicti P. Petri Serrano &c. In dicto, Oppido de Torre
Laguna die 8. Maij 1726.

In testimonium veritatis.

Emanuel de Rey Not. Apost.

Loco & Signi.

Num. 3.

Mandatum Rmni Nun. Nos D. Alexander Aldobrandini &c. Nuncius &c. Hispaniarum &c. R. P. Priori Conuentus Ordinis Carmelitarum Calceatorum huius Oppidi Matriti &c. pricipimus &c. in vim S. Obedientiae, & sub pena excommunicationis maioris &c. alijque &c., ut statim vt fuerit cum praesentibus requisitus, compellat F. Ioannem Serrano Religiosum Laicum sui Ordinis, & Conuentus, vt tanquam Testis deponat quidquid sciret in praexpressa Causa &c., & mandamus eumque &c., vt illicet &c. praesentes notificet &c. Matriti die 27. Maij 1727.

Ex Traduct. fol. 166;
& seqq.

A

Notificatum die 31.
dicti mensis; Qui
Prior respondit, esse
promptum, & distulisse d. licentiam con-
cedere, attento quia
considerauit, illum
esse incapacem de-
ponendi in materia
tam graui.

In oppido Matriti die 31. Maij 1727. Ego Notarius re-
ceptor infrascriptus personaliter notificaui retroscri-
ptum Mandatum Illustrissimi, & Reuerendissimi Nuncij &c. R. P. M. Alphonso Cid Priori Conuentus Ord.
Carmelitarum Calceatorum d. Oppidi, qui &c. dixit
esse promptum, & paratum obedire, ac mandare Fr.
Ioanni Serrano Religioso Laico eiusdem Ordinis, &
Conuentus, vt tamquam Testis deponat in Causa
relat. in dicto mandato, & quod usque nunc distulit
principere dicto Fratri Ioanni, us dictam depositionem
exequeretur, attento quia considerauit illum esse incapa-
cem deponendi in materia tam graui. Sic dictus Pa-
ter Prior respondit, & in fidem, vt constet sub-
scripti.

Michael Cæsariego Frelle Not.

B
Noua requisitio pro d.
licentia, sub die 4. Iunij dicti anni facta
eisdem Priori, qui re-
plicauit, an Nuncius
vidisset precedentem
suam responsonem, &
nullam posse dare li-

In Oppido Matriti die 4. mensis Iunij anni 1727. Ego No-
tarious publicus infrascriptus in executionem retro-
scripti mandati Illustrissimi, & Reuerendissimi Nuncij
Apostolici in his Hispaniarum Regnis, & ad finem re-
cipiendo depositionem in dicto Mandato expressam à
Fratre Ioanne Serrano religioso Laico Ordinis Carme-
litarum Calceatorum, commorante in Conuento
eiusdem Ordinis huius oppidi, accessi ad predictum
Conuentum, & allocutus fui cum dicto Religioso pro
effe-

effectu præcelato ; qui mihi respondit , quod Pater Prior prædicti Conuentus nullam ei dederat licentiam pro facienda dicta depositione , & illicè meduxit ad Cellam R. P. Magistri Alphonsi Gid Prioris supradicti Conuentus , ad quam peruenit , statim exiit dictus Pater Prior , & sciscitatus fuit quid vellem , eique responso , ut traderet dictam licentiam , replicauit , utrum Illustrissimus D. Nuncius vidisset præcedentem suam responsonem , & ei dicto non esse hoc necessarium , addidit , nullam posse dare licentiam Fr. Ioanni Serrano pro explenda sua depositione in re tam graui , nisi prius prædictus Illustrissimus D. Nuncius decerneret , quod non obstante præcedenti sua responsonne omnino licentiam , de qua agitur , impertiretur ; Quamobrem , ut de his constet , subscripti .

Ioseph Lucio , & Chartes Not.

Sequitur Aggrauatoria Rimi Nuntij aduersus d. Priorem , legenda in Sum. princip. num. 36.

D. Dionysius Mellado de Eguiluz &c.

Episcopus Larensis &c.

Vniuersis &c. Notum facimus , quod Anno &c. 1721. , die verò 20. Decembris &c. Matriti in Sacello S. Hidel. phonsi &c. de licentia Illustrissimi , & Reuerendissimi Domini &c. Archiepiscopi Toletani &c. particulares Ordines celebrantes , dilectum nobis in Christo P. Petrum Serrano Subdiaconum Religionis &c. RR. Ministrantium Infirmis , ad Sacrum Diaconatus Ordinem , cum Literis sui Superioris dispensatis Interstitijs , examinatum , & approbatum , ritè , & canonice promouimus . In quorum &c. Datis , ut supra .

Dionysius Episcopus Larensis .

Loco  Sigilli .

D. Ioseph à Valle Secr.

Nos D. Iosephus de Yermo , & Sancti Bañez &c.

Episcopus Abulensis &c.

Vniuersis &c. Notum facimus , quod Anno &c. 1722. , die verò 30. mensis Maij Sabbato quart. Temp. Sanctissimæ Trinitatis Abulæ in Ecclesia Monialium S. Cathe. rinæ Ordinis S. Dominici extra muros huius Ciuitatis particulares Ordines celebrantes , dilectum nobis in Christo dictum Petrum Serrano Diaconum Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis ad Sacrum Presbyteratus Ordinem cum dispensatione Ap-

centiam d. Fr. Io: pro explenda sua depositione in re tam graui , nisi prius præd.D. Nuncius decerneret , quod non obstante præcedenti sua responsonne , omnino d. licentiam impertiretur .

C

Num. 4.

Promotio Principalis
ad Diaconatum sub
die 21. Decembris
1721.

Num. 5.

Promotio Principalis
ad Sacerdotium præ-
via dispensatione tre-
decim mensum , sub
die 30. Maij 1722.

Apolica trefdecim mensum atatis sue, & cum litteris suis superioris examinatum, & approbatum ritè, & canonice promouimus. In quorum &c. Datum, ut supra.

Iosephus Episcopus Abuleensis.

Loco ✡ Sigilli.

Ludouicus Ioseph Diaz de Real Secr.

Num. 6.

Depositum Petri Principis in Conuentu alterius Ordinis factum vigore Decreti Iudicis subdelegati ab hac Sacra Congregatione, de quo in Summ. princ. n.39. lit. D., & vi- gore mandati Tribu- nalis Nunciaturæ His- spaniarum, die 4. Ju- ni 1727.

Idque ob actus irre- tractabiles in odium huius Causæ aduersus ipsum patratos à Superioribus Conuentus Matriti Religionis Ad uerjariæ, ut liquet ex datis in d. Sum. n.37, 38., & 39.

Ex Traduct. fol. 221.

In Oppido Matriti die 4. Junij 1727.

In executionem retroscripti Decreti Don Ioannes Antonius Villardolaia, & Vrdalla Fiscalis Audientia Archiepiscopalis predicti Oppidi coram me Notario publico infrascripto condixit in sui societate P. Petrum Serrano Presbyterum Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, & pertuenti ad Regium Conventum S. Philippi Ordinis S. Augustini eiusdem Oppidi accesserunt ad Cellam Prioralem, in qua ego Notarius predictus notificeui supradictum Decretum R. P. Magistro Fr. Fælici Alphonso de Orellana actuali Priori dicti Conventus, ut loco depositi reuinat dictum P. Petrum Serrano, & cum dictus P. Prior prærelatum Decretum audiuisse, & bene intellexisse, dixit, quod attento, quia pro eodem effectu Don Emanuel de Ipona Secretarius Iustitiae in Tribunali Nunciaturæ sibi ostenderat Mandatum Domini Auditoris predicti Tribunalis Nunciaturæ Apostolicae in his Hispaniarum Regnis; Ideò se in forma obligabat, prout se obligauit retinere loco depositi in suo Conuento dictum P. Petrum Serrano cum omni illius securitate ad omne mandatum Domini Vicarij, vel alterius Iudicis competentis, promisitque permittere dicto P. Serrano, ut à dicto Conventu exeat horis Regularibus pro rebus, & casibus perrinentibus ad sollicitationem, & prosecutionem litis, & Causæ, de qua in dicto Decreto fit mentio; Et sic dictus P. Prior mihi Notario bene cognitus se in forma depositi obligauit, praesentibus ibidem pro Testibus Philippo Ignatio Vasquez de Neira, Francisco Samalea Alonso, & Francisco Fabro Gonzalez Incolis Matritensibus, ac propria manu, & charactere subscriptis vñ cum dicto Domino Fiscale, & mecum Notario publico infrascripto, qui de omnibus, & singulis premissis fidem facio.

Mag. F. Fælix Alphonsus de Orellana.

D. Io: Antonius Villardoloja.

Coram me Iosepho Lucio, & Chartes Notario.

Reuerendissimo in Christo Padre nostro Offeruandissimo Reuerendissimo Padre Generale, e Reuerendissima Consulta.

Il dì otto del mese d'Aprile di questo presente anno scripsi una lettera al nostro molto Reuerendo Padre Consultore di Spagna, il cui tenore è come segue: Molto Reuerendo in Christo Padre nostro Offeruandissimo Reuerendo Padre nostro Consultore. Nissuna cosa di quanto desidero in questa misera vita mi piace tanto, quanto il sapere, che Vostra Paternità molto Reuerenda gode perfetta salute, della quale abbiamo tanto bisogno li caduti per consolazione, e sollievo dell'i nostri trauagli, li quali solamente la patienza può tollerare, sapendo, che Vostra Paternità molto Reuerenda li raccomanda à Dio. Molto Reuerendo Padre nostro

Consultore generale; giorni sono, & anche anni, che feci riflessione sopra l'abito Religioso, che indegnamente veste, e che per mezzo del medesimo (così lo permetta Iddio) hò assicurata la Strada della salute dell'anima, causa del Conte della Catena, che Dio tenga nel Paradiso, mantengo l'amicizia lecita con tutta la sua famiglia. In questo tempo hò patito ciò, che mai saprò offerire à Dio &c. Io non voglio, ne desidero niente per me, tutto il fine mio è di seruire alla Religione, & essendo che in questo hò assicurato un gran beneficio, perciò questa è la causa, per la quale assisto, e vado si spessa alla di lei casa, e fo li suoi negozij, ed in tutti, anche nè minimi, che hò fatti, e fo, consigliandomi, e demandando licenza alli miei Prelati, come costa dalla licenza scitta individualmente à questo effetto, concessami dal nostro M. R. P. Sebastiano Cueto &c.. E finalmente molto Reuerendo Padre nostro Consultore, credo, che il modo, col quale hò operato, sia per mio maggior bene, poichè così spero, che Dio m'aintarà, à cui prego incessantemente per la quiete, & accrescimento della nostra Sagra Religione, e specialmente per la pace, & vnione di tutti li Religiosi di questa Provincia, e che conserui Vostra Paternità molto Reuerenda, affinchè mediante la di lei direzione si giunga al buon acquistamento di questi filiali desiderij, sottomettendomi in tutto al di lei consiglio, come subdito il più umile, & obbediente, acciò illuminato per mezzo della sua gran virtù, e retto modo di operare, veda se conviene, che io assista à questa Signo-

Num. 7.

Epistola sub die 15.
Junij 1726. à Petro
Principali missa ad P.
Generalem Ordinis cū
insertione alterius directe P. Francisco Pe-
rez, Consultori Generali sub die 8. antece-
dantis mensis Aprilis
eiusdem anni.

A

Tenor d. Epistola in-
serta.

B

Verba, quibus innititur Religio ad probandam ratificationem Promissi. Anni sono parimente, benche pochi, che per fessiōnis; Sed frustra, causa del Conte della Catena, che Dio tenga nel Paradise enunciata fuerunt ad alium finem in Epistola contentum præsertim lit. C-D.G. H., & melius litt. K. non verò pro ratifican da asserta Professione. Ita quoque alia infr. sub lit. F. I.

C

11. boup. vultus
solidusque in
ligno multorum
+ incisio. A iust.

ta,

D
*Exprimis, quod
viuebat afflictis
fimus, quodque
racebat causam
afflictionis.*

ra, & al suo affare, senza mancare però à nessuna di quelle cose, che il mio stato mi commanda. In tutto spero, che V. P. M. R. mi hà da consolare, poichè di nuovo mi protesto, che viuo mortificatissimo, ancorchè il sacro. Dio conserui V. P. M. R. molti anni per consolazione di tutti noi altri.

Madrid à di otto Aprile dell'anno 1726.

Molto Reuerendo in Christo Padre nostro Offeruandissimo Padre Francesco Perez Consultore Generale.

E
*Continuat Tenor
Bijstola directe
Rmo P. Generale.*

Bacia le mani di Vostra Paternità molto Reuerenda il suo suddito più v-mile Pietro Serrano.
Questa è, Reuerendissimo Padre Generale, e Reuerendissima Consulta, la lettera, che antecedentemente scrissi al nostro Padre Consultore, senza auere meritato la risposta. Ora poi à di 31. Maggio mi fu intimato un'ordine di Vostra Reuerendissima, e della Reuerendissima Consulta, assegnandomi per habitazione la Casa di Saragozza, & io risposi di essere pronto ad andarvi subito, che migliorassi del male di gola, che pativo, per il che il giorno auanti m'alzai dal letto doppo quindici giorni, nè quali mi cauarono sangue, mi diedero la medicina, e pigliai certi brodi, essendo perciò rimasto molto debole, e lenza forze talmente, che mi si rende difficile anche lo stare in piedi. Aggiungesi à questo una fede fatta dal Medico di questa casa, in cui asserisce di essere contro la salute mia, e di espormi al rischio di perdere la vita, non solamente il far viaggio, sebbene fusse di una lega, mà ancora il clima della Città di Saragossa, che è molto contrario al mio male d'asma, che patisco fin dall'età di dieci anni, per il che mi è impossibile l'esercizio dell'instituto, come anche l'alzarmi à buon' ora in tempo freddo, & in qualsiasi mutazione de tempi, essendo notorio, oltre le dichiarazioni deli Medici, che m'hanno assistito, che subito mi si serra il petto, e che quasi sempre butto sangue in quantità, sebbene io fò tutta la spesa necessaria sì delle robe medicinali, come di quanto si bisogna, sollevando in questo modo la Casa, che per ciò solamente ne auerebbe di bisogno di molti ducati per assistere à questa mia infermità, la quale è tanto notoria, e pericolosa, come costa dalla fede del Medico di questa Casa, che rimetto à Vostra Reuerendissima per maggior certezza di tutto &c.

Io mai credei, Reuerendissimo Padre Generale, e Reuerendissima Consulta, che queste cose fussero credute,

fin

fin che si prendesse nuova informazione da tutti; che perciò se le Vostre Paternità Reverendissime non mi credono, come douerei essere creduto, prendano informazione da tutti li Religiosi à pieni voti sopra la mia vita, e costumi, imperochè à me non spetta dire in che modo informaranno due, ò quattro solamente. Et affinché le Vostre Paternità Reverendissime conoscano, che non vi è, nè vi sarà mai più di quello, che dico, commandino si formi processo contro di me, carcerandomi, e permettendo la difesa, prout de iure, e che ognuno dica, e provi ciò, che saprà essersi da me messo in esecuzione contra la riputazione, e fama della Religione, ò del più infimo individuo. E quando le Vostre Paternità Reverendissime non acconsentiranno à questo; siami permesso l'andare à cotesta Corte Romana in caso, che io ricuperi la mia salute, e li Medici riconoscano, che lo posso fare, ad effetto di rappresentare queste, e molte altre ragioni, che taccio, per non sminuire la mia ragione multiplicandole.

Per tutte le cose sopradette, e perché tutta la Corte di Madrid mi conosce, e sà, che assisto à questa Signora, e che l'hò assistita tanti anni, quando viueua il di lei Marito, e che per causa di questa assistenza hò fatto molti debiti per le spese della medesima, li quali non si possono pagare sino à tanto che si termini la sua dipendenza, e che le consegnino li suoi beni; hò da meritare, che le Vostre Paternità Reverendissime mi diano tempo per uscire, e liberarmi da tutti quest'impegni, e dar sodisfazione à quello, che Iddio permette, che si sappia per oscurare con la verità la bugia. Ne meno ignorano le Vostre Paternità Reverendissime, che hò una Madre molto pouera, che vnicamente si mantiene con la limosna, che le dò secondo la mia possibilità, e che partendo io dalla Corte, oltre gl'altri inconuenienti, che lascio ponderati, uno farà il perire, non hauendo à chi far ricorso. In ogni tempo stò pronto ad obedere, non solamente alla Vostra Paternità Reverendissima, e alla sua Reverendissima Consulta, ma eziandio al minore suddito della Religione, poichè sempre hò nella memoria, che sarà mia la peggior parte. Il mio spirito è inquieto, e mai si potrà slargare, & acquietare, finche queste umili suppliche non arriuino à mani sì pietose, come quelle delle Vostre Paternità Reverendissime, per la cui conseruazione, e prosperità prego

il Signore Dio per il bene della nostra Sagra Religione - Madrid à di 15. Giugno del 1726.

Rmō in Christo Padre nostro Offeruandissimo Rmō Padre Generale, e Rmā Consulta.

Bacia li piedi delle Vostre Paternità Reuerendissime il più
vmile suddito delle medesime
Pietro Serrano .

Foris = Al Molto Reu. in Cristo Padre il P. Pietro

Serrano &c. = Madrid = Loco Sigilli.

Intus = Molto R. in Cristo Padre .

Abbiamo fatta matura riflessione sopra la longa Lettera,
di V.R. in data dellì 15. Giugno, in risposta della quale
gli diciamo, che quando farà costare à codesto suo
P. Prouinciale la verità di quanto ci espone à sua difesa,
egli gli farà quella Giustizia, che da noi chiede.
Lo faccia dunque, stia di buon'animo, prieghi per noi,
& il Signore la benedica. Roma 3. Agosto 1726.

Seruo nel Signore Affezionatissimo

Gasparo Ricciolo Generale.

Girolamo Cirilli Proc. Gen. Pro-Secr.

P. Pietro Serrano = Madrid.

SACRA
CONGREGATIONE
CONCILIJ

Rmō P. D.

DE ABBATIBVS
SECRETARIO


Toletana Restitutionis
in integrum.

P R O


R. P. Petro Serrano Ordinis Clerico-
rum Regularium Ministrantium
Infirmis.



Summarium Additionale.



Typis Leone, & Mainardi 1731



SUMMARIUM

Toletana.

*Summario de todo
el Proceso =*

Beatissime Pater. Exponitur humi-
litèr S. V. pro parte deuoti illius Oratoris Petri Serrano Presbyteri Toletan. Ciuitatis, vel Diœcesis, ac Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis expresse professi in Conuentu, seu Domu eiusdem Ordinis nostræ Dominæ Assumptionis in Damaso nuncupat. Villa Matriti Toletan. Diœcesis commorantis, quod alias ipse Orator in statu Seculari, & in Domo eius Genitoris degens, ad euitandas minas, quas amplius sufferre nequiens, in prædictum Ordinem ingredi, ibique habitum Regularem suscipere, & professionem per eosdem Fratres emitte solitam post lapsum annum Nouitiatus per vim, & metum cadentes in constantem Virum. In prædicto eius Genitore incusso, emittere, illamque etiam forsan ratificare constrictus fuit. Cum autem, P. S., Professio huiusmodi sic emissâ nulla fuerit, & existat, cupiatque idem Orator illius nullitatem via Iuris declarari facere, & ad hunc effectum aduersus quinquennium Regularibus à Concilio Tridentino ad reclamandum præfixum, quod præsens lapsum reperitur restitu. Supplicat igitur humilitè S. V. Orator prædictus, quatenus specialem sibi gratiam facien. Ordinario Toletano, qui Processum super vi, & metu fabricet, & vocatis ad id, qui fuerint euocandi, super præmissis diligentius veritatem ipsam ita esse repererit, prout superius enarratur, eundem Oratorem aduersus lapsum dicti quinquennij, prout Iuris fuerit expediat, dictumque Oratorem vinculo Religionis in genere, vel in specie non adstrictum esse, sed habitum regularem dimittere, & ad Seculum redire, & in eo postmodum in statu Presbyteri secularis remanere &c.

*Foris = Per Illustri, & Reuerendissimo Domino uti Fra-
tri, Archiepiscopo Toletano.*

*Intus vero = Per Illustris, & Reuerendissime Domine
uti Frater.*

*Antequam EE.PP. Sacrae Congregationis Concilij quid-
quam A*

Num. 1.

Supplex libellus San-
ctissimo porrectus à
Sacerdote Petro Ser-
rano Principali, &
ad hanc Sacram Con-
gregationem remis-
sus, pro obtainenda
restitutione in inte-
grū aduersus lapsum
quinquennij à Sacro
Concilio Tridentino
Regularibus præfixi
ad reclamandum ad-
uersus Professionem.

Num. 2.

Epistola huius Sacre
Congregationis, ut
Eminentissimus Ar-
chiepiscopus Toleta-
nus Processum in hac

Num. 3.

Causa conficeret auditio Superiore locali, ac Votum suum aperiret ipsi Sacrae Congregationi; sub die 7. Septembris 1726.

quam decernant circa adiunctas à Sanctissimo D. N. remissas preces Petri Serrano Ordinis Ministrantium Infirmis, Amplitudinem tuam audiendam esse censuerunt; Ipsa igitur receptis formiter, & seruata forma probationibus, auditio Superiore locali, Sacram Congregationem super expositis instructam reddit, animique sui sensum aperiens, preces ipsas, vna cum Processu, transmittat, dum ei omnia fausta preciamur à Domino.

Romæ 7. Septembris 1726.

Ampl. Tux.

Vtī Frater studios.

C. Cardinalis Origo Praefectus.

P. Lambertinus Secretarius.

Num. 3.

D. Petrus Principalis præsentando Epistolam huius S. Congregationis Eminentissimo Archiepiscopo Toletano, eidem supplicat pro constructione dicti Processus.

Ex Traduct. fol. 3.

Foris = Excellentissimo Domino Archiepiscopo Toletano letan. pro Petro Serrano Presbytero &c.

Intus verò = Excellentissime Domine.

Petrus Serrano Presbyter Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis huius Oppidi Matriti ad pedes Exc. V. prouolutus, humiliter exponit, qualiter attentis motiuis, quæ ipse Orator habet de, & super nullitate sue professionis, & attentis Causis, quæ eum impediunt illa representare intra tempus quinquennij, recursum habuit ad Sanctissimum Patrem Nostrum Benedictum Diu. Prouid. PP. XIII., eidem supplicando, ut dignaretur Oratorem aduerso lapsum dicti Quinquennij in integrum restituere, ad effectum, ut posset, & valeat exponere motiua, quæ habet, atque offert super nullitate dictæ Professionis, & ut huiusmodi cognitionis plena commissio traderetur Exc. V., quapropter cum idem Sanctissimus in ijs annuerit, & Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium Sac. Conc. Tridentini Interpretum remiserit Exc. Vestræ pro effectu hujusmodi adiunctam Epistolam; Ideò idem Orator Exc. V. supplicat, ut dignetur dictam Commissionem admittere, ac mandare, quod Orator, quanto citius possit, probationes super præmissis faciat, & exequatur. Sic enim erit iustum &c. & de gratia &c.

A

Et Eminentissimus Archiepiscopus subdelegat in eius locū D. Vicarium Genera-

In Oppido Matriti die 13. mensis Ianuarij 1727. Datur commissio Vicario Matritensi pro cognitione omnium, & singulorum contentorum in præsenti Memoriale in executionem adiuncti Decreti Sacrae Congregationis EE. S. R. E. Cardinalium Sacri Concilij Tridentini

In-

Interpretum. Ità mandauit Excellentissimus Dominus Archiepiscopus Toletanus, prout fidem facio. Eguiquizas Secretarius.

In Oppido Matriti die 14. Ianuarij 1727. Visis per D. I.

V. D. D. Christophorum Damasio Inquisitorem Ordinarium, & Vicarium Oppidi Matriti, eiusque distictus, Memoriali precedenti una cum adiuncto Decreto Sacrae Congregationis EE. S. R. E. Cardinalium Sac. Concilij Tridentini Interpretum, nec non Decreto, & Commissione Apostolica ab Excellentissimo Domino Archiepiscopo Toletan. Dominationi Suæ tradit. pro cognitione omnium, & singulorum contentorum in predicto Memoriali, dixit, quod acceptabat, prout acceptauit dictam Commissionem Apostolicam, & per consequens mandauit, quod de dicto Memoriali, & Decretis detur copia R. P. Praefecto Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, vulgo Agonizantium, commorantium in Conuentu Matriti eiusdem Ordinis, & quod cum illius citatione pars P. Petri Serrano iustificet ea, quæ verificare tenetur. Et ita &c.

Doctor Damasio.

Coram me Antonio de Santiago, & Santaella Not.

In Oppido Matriti die 15. Ianuarij 1727. = Ego Notarius publicus infrascriptus iuxta formam, & tenorem retroscripti Decreti &c. personaliter citavi pro omnibus, & singulis effectibus in dicto Decreto contentis, & expressis R. P. Sebastianum Cueto Regium Prædicatorem, & Praefectum in eius Conuentu &c., & in fidem &c.

Nicolaus Ruiz Montana Notarius.

In Oppido Matriti die 17. Februarij 1727. = Visis hisce actis, per Dominum I.V.D. Don Christophorum Damasio &c. Vicarium Ecclesiasticum huius Oppidi &c., dixit, quod recipiebat, prout recepit hanc Causam ad probationem cum termino 80. dierum Partibus communium, vt intra dictum terminum probent, dicant, & allegent quidquid iisdem conuenerit cum reciproca utriusque Partis citatione. Et ita &c.

Doctor Damasio.

Coram me Antonio de Santiago, & Santaella Not.

In Oppido Matriti die 27. Februarij 1727. = Ego Notarius publicus infrascriptus personaliter notificauit retroscriptum Decretum &c. Antonio Rama Palomino

B

Acceptatio dictæ Subdelegationis facta per Vicarium Matriti die 14. Ianuarij 1727.

Ex Traduct. fol. 4.

C

Cum decreto, vt omnia notificantur P. Praefecto Conuentus Ordinis Ministrantium Infirmis Matriti.

D

Cui fuerunt notifica ta sub die 15. Ianuarij d. anni 1727.

Num. 4.

Decretum Vicarij Iudicis Subdelegati, quo admittitur Causa ad probationes cum termino 80. dierum Partibus communis ad probandum incumbentia, sub die 17. Februarij 1727.

Ex Traduct. fol. 30.

A

Notificatio dicti Decreti sub die 27. dicti mensis Febr.

Procuratori P. Petri Serrano &c. nec non Emanueli Monedero Procuratori RR. PP., & Conuentus eiusdem Ordinis Matriten., & in fidem &c.

Joseph Lucio, & Charles Notarius.

Num. 5.

Testes in hac Causa
formiter examinati
ad instantiam Petri
Principalis.

I. Testis.

Fr. Ioannes Serrano
Religiosus Carmelita
Calceatus annorum
39., frater Principalis,
examinatus die
16. Iunij 1727., præ-
via licentia sui Prioris,
ei concessa vigore
Aggrauatorie Rmi
Nuncij, de qua infra
num. 36.

Ex Traduct. Proc.
fol. 178.

A

B

Deponit, quod Io: An-
tonius Serrano Genitor
ipius Testis, & Pe-
tri Principalis exerce-
bat Scholam pro pri-
mis rudimentis puer-
rum, quodque in
illius Domo hospita-
runt circa duos dies P.
Io: Garcia tunc Pro-
vincialis Ordinis Mi-
nistrantium Infirmis,
& Fr. Didacus de
Ochoa dicti Io: Anto-
nij Cognatus.

C

Enarrat conferentias
habitas à d. Io: Anto-
nio cum P. Garcia, qui
ipsum sollicitauit, ve-

In Oppido Matriti die 16. mensis Iunij anni 1727. In executionem mandati Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Nuncij Apostolici in his Hispaniarum Regnis, & in vim licentiæ traditæ per R. P. Priorem Conuentus Carmelitarum Calceatorum hujus Oppidi, & in prosecu-
tionem probationis, quam exequitur P. Petrus Serra-
no &c. super nullitate suæ Professionis &c. Ego Notarii-
us publicus infrascriptus virtute Commissionis mihi
traditæ, recepi iuramentum à Fr. Ioanne Serrano Reli-
giose Laico supradicti Conuentus Ordinis Carmelita-
rum, quod ille præstidit in forma &c. tactis &c. pro-
missisque veritatem deponere &c.

Ad Interrogatoria generalia &c., dixit, quod licet ipse
Testis sit germanus frater P. Petri Serrano, hoc tamen
non obstante veritatem deponet in ijs, quæ sciet, &
erit interrogatus, & quod &c. est etatis 39. annorum
circiter &c.

Ad secundum articulatum dixit, quod occasione, quo
Ioannes Antonius Serrano Genitor ipsius Testis habi-
tabat viacum sui Vxore, & familia in Oppido de
Tordelaguna exercendo ibidem Scholam pro primis ru-
dimentis Puerorum, & Pater Petrus Serrano germanus
ipius Testis frater erat tunc temporis constitutus
in etate quindecim annorum circiter incipiens incum-
bente Philosophiae studijs transiit per dictum Oppidum R. P. Ioannes Garcia tunc temporis Provincialis
Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infir-
mis, associatus à Fr. Didaco de Ochoa ipsius Testis,
& dicti P. Petri Serrano Avunculo, & hac de causa
hospitatunt in Domo dicti Ioannis Antonij Genitoris,
in qua permanerunt circa duos dies; Et attento quia
dictus P. Petrus studebat Summulis in Conventu San-
cti Francisci predicti Oppidi, dictus P. Provincialis
fecit illi varias interrogationses quoad sua studia, &
summoper laudando, ac ponderando cum dicto Ge-
nitore perspicacitatem, & viuacitatem dicti P. Petri,
desiderium ostendit, ut ingredieretur in suam Religio-
neum, quia multum in ea virtute præceteret, & super
hoc assumpto habuit varias conuersationes cum dicto
Genitore, directas omnes ad sollicitandum eumdeorsum
Geni-

Genitorem, ut adduceret dictum Petrum ad eius Conuentum, suscipiendo gratia habitum, prout Testis ea omnia vidit, & audiuit; Et cum dictus P. Provincialis, & Fr. Ochoa discessissent per Oppidum de Butraego ad capiendam possessionem cuiusdam haereditatis, quam eis aliquerat quædam persona illius Oppidi, sicut prædicti Religiosi id manifestauerant, Testis vidit, quod dictus Genitor euocauit ad se dictum Petrum suum filium, & insimul ingressi in quædam Aulam, manserunt ibi, diu colloquentes, & postmodum egressis, curiositate motus, sciscitatus fuit dictum Petrum suum germanum fratrem, quidnam Genitor ab eo volebat, cui dictus Petrus, lacrymis obrutus, veluti parvulus respondit, quod suadendo, eum monebat, ut fieret Religiosus dicti Ordinis Clericorum Regularium, stante, quod P. Provincialis ad plurimum cupiebat obeius bonæ indolis specimen, ideoque cunctis sumptibus succumberet, & modico tempore fieret Religiosus magnæ authoritatis, & ascenderet ad prima munia Religionis, attento paruo numero subiectorum in illa degentium; atque addidit, respondisse suo Genitori, ipsum non habere voluntatem essendi Religiosum, immo quod, casu prosequendi studia, inclinabat animum ad statum Clerici Sæcularis; Et post hæc Testis vidit, quod dictus Genitor fecit per aliquod tempus plures instantias cum precibus, & suasionibus dicto Petro, ut intraret in prædictum ordinem, quibus semper ille restitit, manifestando, quod potius vagaretur per incertas Sedes, quam fieret talis Religiosus; Et Testis etiam obseruavit, quod dictus Genitor in cunctis prærelatis casibus semper perspiciebat, & cauebat, ne de his notitiam penetraretur D. Angela de Ochoa Mater dicti Petri, que omnia Testis fecit, & audiuit, prout supra deposituit, & ita respondit.

Ad tertium articulum dixit, quod videns dictus Ioannes Antonius Serrano Genitor, qualiter non poterat cum blanditijs, & precibus flectere dictum Petrum suum filium, ut prædictam Religionem ingredieretur, licet usque tunc eum estimasset, & diligisset plusquam exteriores filios, qui de hoc ex intendentia conquerebantur,

duceret Petrum Principalem, tunc summulis studentem, & in ætate 15. annorum circiter constitutum, ad eius Conuentum, suscipiendo gratia Habitum Religiosum.

D

Post quorum Religiosorum discessum, Io: Antonius euocato ad se d. Petro, eoque dicto in quædam Aula, ipse diu suasit, ut fieret Religiosus d. Ordinis, in quo multum proficeret, attentis etiam sponsionibus, assistentia d. P. Garzia, inferius enarratis lit. seq.

E

Et Petrus Principalis lacrymis obrutus.

F

Respondit Genitori, quod non habebat voluntatem essendi Religiosum, sed Presbyterum Sæcularem.

G

Et alijs quampluribus instantijs à Patre diverso tempore factis, id est Petrus semper restitit, manifestando, quod potius vagaretur per incertas sedes, quam fieret talis Religiosus.

H

Ob quod idem Genitor, amorem prius ei demonstratum in odiis

*vertens, puerum pos-
stea & verbis, & fa-
ctis crudelissime tra-
tauit.*

I

*Principalis fuit plu-
ries flagellis cesus à
Patre, ad hoc, ut fie-
ret Religiosus, & clau-
sus etiam relictus in
quada Aula clavi obse-
rata, i qua nisi post
diem cū dimidio fuit
à Matre liberatus per
aliam Ianuam d. Au-
lae, & missus ad Con-
uentum S. Francisci,
ut Genitoris creduli-
tatem effugeret.*

K

*Ft poste à ad domum,
paternam reductus à
Religioso d. Conuen-
tus, qui pueri Geni-
torem acriter obiur-
gavit.*

L

*Genitor Principalis
erat terribilis naturæ
maximè erga eundem
Principalem, qui to-
tus horrescebat in il-
lius præsentia, ob sup-
plicia, quæ Genitor in
eius personam conti-
nuò exequebatur, eo
magis quia erat adole-
scensulus valde pusil-
lanimis, & malæ sa-
lutis.*

M

*Genitor Principalis
pugione insequitus
fuit Vxorem, eamque
certè necasset, nisi Vi-*

*vertit deinceps amorem in odium, crudeliter cum
tractando tam factis, quam verbis, recludendo, & fla-
gellis plectendo, & quadam ex his occasionibus, Te-
stis bene recordatur, quod dictus Genitor postquam
illum summoperè verberauit, clausum reliquit in qua-
dam Aula, dicendo illi = Velis, t & nolis, debes esse Re-
ligiosus, clausa inde ingenti impetu Ianua, & seruata
penes se clavi, in qua Aula clausus dictus Petrus per-
minxit tota nocte, usque ad primum manè diei sequen-
tis, quo tempore Mater dicti Petri eum extraxit per
aliam Ianuam eiusdem Aulae, que ducebat ad vicinam
Domum D. Ferdinandi de Salazar tunc temporis Præ-
fecti dicti Oppidi, vulgo Alcalde, coadiuvante ad
hoc quadam istius Sorore, misitque ad dictum Con-
uentum S. Francisci, vt ibi permaneret usque ad suum
nonum ordinem, & de sero dicti diei dictus Petrus ve-
nit in Paternam Domum, associatus à quadam Reli-
giose, de cuius nomine Testis non recordatur, qui
dixit dicto Genitori; Omnia, quæ coacte sunt bona
non sunt, idedque dum Puer notebat fieri Religiosus, ad
quid illum compellebas;*

Et adeò excreuit arrogancia,

*& terribilis natura dicti Genitoris contra prælatum
suum filium, ut non solum scandalizati fuerint omnes
vicini, sed semper, & quando dictus Petrus illum vi-
debat, totus horrescebat, intremiscebatque, ob ingen-
tem timorem, & metum, quos de illo conceperat respe-
ctu suppliciorum, quæ continuò in eius personam ex-
equiebatur, eo magis quia erat adolescentulus valde pu-
sillanimis, & malæ salutis; Quæ omnia Testis scit,
quia vidit, & obseruavit stante quod nunquam disces-
sit è Domu, & Societate dd. suorum Genitorum,
& ita respondit.*

*Ad quartum articulum dixit, quod videns dicta Domina
Angela Mater prædictum Petrum suum filium nullam
habere voluntatem erga Regularem statum, & videns
violentias, ac minas dicti Genitoris, tentauit istum
remouere à sua prætensione, qui in illam pluries in-
huiusmodi Causa inuexit, quod nunquam priùs face-
re consueverat, & vna vice atripuit magna ira pugio-
ne,*

nem, & insecurus est eam, ut percuteret, quod equidem executus fuisset, nisi vicini, qui ad rumorem accurrerunt, id impeditissent, & etiam ad rumorem accurrit Iustitia, quæ procurauit, pacatum illum prout reddere, nam statim

cini, & Loci Gubernator accurrisset; idque non alia de causa, quam quod Vxor Virtutis remouere tentauit a sua crudelitate, quam exequebatur in Principalem.

N

Principalis fuit iterum reclusus à Genitore in Cubiculo, per cuius fenestram se precipite proiecit, ut Paternam crudelitatem evitaret. Et ad Ciuitatem Complutensem aufugere coactus fuit, quantu[m] adolescentulus valde pusillanimis, & prorsus itinerum ignarus, qui[n]a nunquam è paterna domo exierat, in qua Ciuitate occultum remansit per spatum octo, vel nouem mensum Domi Don Emanuelis de Ochoa sui Auunculi, ubi nec etiam ei videbatur esse tutum;

Principalis fuit iterum reclusus à Genitore in Cubiculo, per cuius fenestram se precipite proiecit, ut Paternam crudelitatem evitaret. Et ad Ciuitatem Complutensem aufugere coactus fuit, quantu[m] adolescentulus valde pusillanimis, & prorsus itinerum ignarus: in qua Ciuitate in domo sui Auunculi occultus permansit spatio nouem circiter mensum.

O

Et idcirco se transtulit ad Conventum Ordinis Prædicatorum, in quo alter Auunculus nuncupatus Ioannes de Ochoa eum perquisiuit, qui ad dictam Ciuitatem adduxerat unum suum filium in Domum dicti Emanuelis, ut ibi studijs incumperet, & haec occasione habuit notitiam de absentia dicti Petri, eique dolosè suasit, ut rediret ad paternos lares sub sua fide, & sponsione, quod deinceps neutiquam plecteretur, nec ingredi Religionem compelleretur à predicto eius Genitore; quæ omnia Testis scit, qui[n]a ea vidit, & expertus fuit, prout supra depositit, & ita respondit.

Ad quintum articulum dixit, quod transactis paucis diebus post redditum dicti Petri ad Domum Paternam, prædictus Ioannes Antonius Genitor disposuit iter facere ad hoc Oppidum Matriti, & secum ducere dictum Petrum, ut vellet, vel nollet, ingrederetur in dictam

Aqua Domino deinde se transtulit ad Conventum Ordinis Prædicatorum pro eius maioriori securitate.

P

Sed habita notitia fugæ ab altero eius Auunculo, sub istius fide, & sponsione, quod deinceps amplius non plecteretur, nec compelleretur à Genitore ingredi Religionem cum eodem Auunculo ad Paternam domum reuertitur.

Q

Sed Genitor Petri post paucos dies, insciat uxore, & filiis, eum de nocte adducere meditatur ad Oppidum Matriti, ut vellet, vel nollet, in d. Religionem ingredieretur, & ita fuit dolosè exequutus circa dimidiā noctem.

R

Petro (qui erat parvulus, & equitare ne sciebat) multum tristis, & gemebundo, quamuis tunc ignaro de causa d. itineris.

S

Quia deinde audit, statim præceps ab Equo ruit, dicendo: Ego nolo esse Religiosus: sed quia Pater illum apprehendit, & posuit super Equum, quem ipse equitabat, puer tentatam fugam dese rere fuit coactus, & à Genitore affectus, quod illuducebat Matritum ad inuisendā Aulam Regiam, vt ex seq. lit. T. & n. 13.

T

Et peruentis insimul Matritum vna cum Teste, loco ducendi d. Petrum ad inuisendā Aulam Regiam, eum duxit ad d. Conuentū Ordinis Ministrantiū Infirmis.

Religionem, ad quem finem disposuit venire insimul cum Tabellario, & paratis ad hoc Equis circa dimidiā noctem dixit Testi, quod iret ad vocandum dictum Petrum germanum eius fratrem, tunc manentem in quadam recreatione, vulgo festino, Domi cuiusdam Incolæ illius Oppidi de Tor de Laguna nuncupat. D. Didacus de Torres, & sic Testis executus fuit, ac vocato dicto Petro eius germano fratre, ei- que dicto, quod omnia erant disposita, vt iret Matritum, dictus Petrus Domum redijt, & postmodum dictus Genitor in suum Eqnum concendit, & in alterum Equm, quem dictus Tabellarius concenderat, posuerunt prædictum Petrum, quia erat parvulus, & equitare nesciebat, & in alium Equum Testis consensus, insimul exierunt à prædicto Oppido circa secundam horam post dimidiā noctem, & videns Tabellarius, de cuius nomine, & cognomine Testis non recordatur, prædictum Petrum gemebundum, & eius Genitorem silentem, cum essent iam distantes à prædicto Oppido tribus Leucis, curiositate motus, sciscitus fuit dictum Genitorem, quod ducebat illum adolescentulum, qui pergebat tam tristis, & gemebundus, cui respondit = Ad Religionem, quibus auditir, statim dictus Petrus præceps ab Equo ruit, & incœpit fugere, iter suscipiens Patriam versus, dicendo: Ego nolo esse Religiosus, & descendens Genitor à suo Equo, illum apprehendit, & secum posuit super prædictum Equum, quem ipse Genitor equitabat, eumque nunquam deseruit, quoisque Matritum peruenere; Quæ omnia Testis scit, quia ea vidit, pergens in societate prædictorum Genitoris, Fratris, & Tabellarij, & iti respondit.

Ad sextum Articulum dixit, quod peruentis insimul Matritum, Testis vidit, prædictum Genitorem iter petere stationem versus, ubi dictus Tabellarius hospitari soleret, positam in situ nuncupata Cunabaxa; Et sciens Testis, quod dictus Genitor habebat in animo euandi ad hospitandum Domi Dñæ Isabellæ de Palazuolos eius Materteræ, ideò prædicto Genitori dixit, cur ad istam Domum non iret, & ille respondit; quia erat iam sero, & quod manè sequenti irent ad dictam Domum, & cum remansisset dormitus in dicta statione, sequenti mane præfatus Genitor ambobus suis filiis dixit: Eamus ad inuisendam Regiam Aulam, & discedentes, iter suscepserunt ad Conuentum Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, & intrarint in

Cubiculum R. P. Garciae, qui incepit plures sponsiones, & oblationes facere, ac amplecti dictum Petrum, qui summoperè lugebat, qua de causa dictus Genitor solus cum eo remansit, minasque contrà eum continuauit, qui cum esset, prout dictum est, teneræ ætatis, & valde las-sus præ itinere, attento quia tota præcedenti nocte dormire non potuerat, somno correptus, dormire incipit, eoque dormiente, Genitor vñacum Teste è dicto Conuen-tu exiere, & statim discessere per Oppidum de Tor de Laguna; & opinatus est Testis, quod præfatus Genitor non iuisset ad hospitandum Domi prædictæ Mater-teræ, quia sciens ista dictum Petrum nullam habere voluntatem essendi Religiosum, suaderet eius Genitor, quod illum non adduceret ad Conuentum, & il-lum etiam occultaret, prout ipsamet Matertera asse-ruuit, id certè executa fuisse, si in Domum suam iuif-set; Et tempore, quo dictus Ioannes Antonius Geni-tor commeatum accepit à Patre Ochoa, iste illi dixit, quod abiret absque vlla cura, nam ipse succumberet sumptibus necessarijs pro dicti Petri ingressu, quæ om-nia Testis scit, quia vidit, & præsens fuit ijs, quæ suprà depositus, & ita respondit.

Ad septimum Articulum dixit, quod transactis aliquibus diebus post redditum ad Oppidum de Tordelaguna ipse Testis audiuit, quod dictus Genitor dixit D. Angelæ de Ochoa suæ Vxori, qualiter iam receperat Episto-las Patris Ochoa, & Patris Provincialis, in quibus sibi significabant, dictum Petrum filium indutum fuisse Regulare Habitum, & quod sic illa desisteret à suis lacrymis, nam de hoc cogitare amplius non debebant; & quod iam erat communis honor, dictum Petrum permanere in Religione, licet id esset contrà eius vol-untatem, & quod ad hunc finem redderet dictum Pe-trum suosum, ex qua notitia Testis valde admiratus est, quia sibi constabat repugnantia, & nulla voluntas dicti Petri germani eius fratris erga regularem statum, quod etiam plurimum sentij dicta D. Angela Mater, quia id ipsum ei constabat; Et ob hoc motuum Testis scit, quod dicta Mater venit pluribus vicibus Matri-tum anno Nouitiatus dicti Petri sui filij ad eum inui-sendum in dicto Conuentu, & sollicitandum, vt ex-i-ret à Religione, quod assequi nequivit, quia semper præsens aderat in colloquijs Pater Provincialis, qui id impeditiebat, dicendo, quod erat adolescens magna ex-pectatiovis, & quod Mater æternas pñas lueret in-

V
Et non obstantibus sponsionibus, & obla-tionibus puerofactis à d. P. Garcia, ipse ni-hilominus summoperè lugebat, & Genitor contrà eum minas con-tinuauit.

X

Et postquam puer, so-mno correptus, dormire incipit, idem Genitor, auditio à P. Ochoa eius Cognato, quod ipse necessarijs succumberet pro pueri ingressu, ab Oppido Matriti, vñacum Te-stis, discessit.

Y

Et post aliquos dies suasit Vxori, ut la-crymas relinqueret, ex quo ipse fuit à P. Pro-uinciali, & à P. Ochoa certioratus, quod puer fuit Habitum Religioso indutus; maximè quia erat communis honor, vt d. Petrus in Reli-gione permaneret, li-cet id esset contrà eius voluntatem.

Z

Testis iterum deponit de summa auersione, & repugnantia Petri Principalis ergi Statum Regularem.

AA

Prædictus P. Garcia Provincialis impedi-

uit Petro Principalis
exire à Religione tem-
pore Nouitiatus.

BB

Principalis sub die 20.
Iulij 1716. & sic qua-
tuor diebus post emis-
sam Professionem, sci-
scitatus per epistolam
a Teste, a i illam spon-
tē emisisset, respondit,
fuisse ab eo coacte e-
misam, nullumque
animum vnguām ha-
buisse, neque habere
permanendi in Reli-
gione.

CC

Et circā annum 1717
componere fecit à Do-
ctoribus Vniuersitatis
Complutensis Iurium
allegationes pro obti-
nenda declaratione
super nullitate suæ
coactæ Professionis,
sed Genitor illas ab
eius manibus abstu-
lit, prout ipsem pos-
testā Testi enarravit,
magna accensus ira
contrā d. Petrum.

DD

Idem Petrus Princi-
palis statim post Ge-
nitoris obitum certio-
rauit Testem de statu
bonorum hereditario-
rum, ac de diligentia,
quas exequatur pro

sollicitando, quod exiret è Religione, in qua, virtute plurimum præcelleret, & ipse haberet de illo speciale curam, & in locum filij adoptaret, & quod se abstineret à similibus visitationibus, quia illum inquietabat, & de facto in multis occasionibus non permiserunt, quod Mater eum videre posset: & transacto anno Nouitiatus, & postquam professus est dictus D. Petrus, scriptis quamdam litteram responsuam ipsi Testi, in qua exprimit nullum animum, & nullam voluntatem, quam habebat, atque habuit permanendi in Religione, & circumstantias suæ Professionis, prout ex dicta Epistola constat, scripta ex Matrito sub die 20. mensis Iulij anni 1716., quam originaliter ipse Testis consignabit praesenti Notario in casu necessario, ut eam vniat cum hisce actis, & ita respondit.

Ad octauum Articulum dixit, ipsum Testem benè recordari, quod circā annum 1717., vel 1718., manens ipse Testis Nouitius in Conuentu Ordinis Carmelitarum Calceatorum Civitatis Complutensis, prædictus Ioannes Antonius Serrano eius Genitor accessit ad dictum Conuentum ad eum inuisendum, cique dixit: Nescis, quod Petrus germanus tuus frater nunc dicit suam Professionem esse nullam, & super hoc consultit plures Personas doctas huius Vniuersitatis, quæ tutum illum reddit esse nullam Professionem, quam ipse emisit, & abstuli ab eius manibus Consultationes, quas ei dederant; Animaduertas quinam honor erit in illo, & nobis, quod modò prætendat dictam nullitatem, dum si id exequetur, magnum orietur scandalum tam in Religione, quam in Patria, & in reliquis partibus, in quibus sumus nos cogniti, sed ille cauebit ponere id in executionem donec, & quoisque ego viuam: & hæc omnia protulit valde fastiditus, & ira accensus ultræ scelitum contrā dictum P. Petrum, quæ omnia Testis scit ob rationes superiùs expressas, & ita respondit.

Ad nonum Articulum dixit, quod ægrotante dicto Ioanne Antonio ultima sua infirmitate in Oppido de Chilaron, ipse Testis vñacum Domina Maria Emanuela Serrano germana sua Sorore, se à Matrito transtulit in dictum Oppidum inuisendi gratia dictum Genitorem, ad quem etiam iuit dictus P. Petrus Serrano; & permanentib; ibi Testis aliquo tempore, quoisque licentia sui Superioris, quam secundiferebat, erat in pro-

proximitate expitandi, bene existimauit Matritum solus redire, nam dicta germana eius Soror remansit in Paterna Domu, assistentiam praestando suo Genitori, post cuius obitum praedictus P. Petrus ipsi Testi scripsit inter alias, vnam Epistolam, dando ei notitiam de statu Bonorum hereditariorum, & eodem tempore exprimendo diligentias, quas exequitur quoad iustificationem nullitatis suae Professionis, & quod talem nullitatem pro tunc non promouebat, quia reperiebatur promotus ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem, & dubitabat, quod si id exequeretur, posset esse impedimenti, & obiciis ad obtinendos reliquos Ordines, vel ad explendam dictam iustificationem; Et cum dicta Epistola significauit habere animum se ordinandi, statim ut Matri- tum rediret, & post assequutos ceteros Ordines, sollicitandi Breue Apostolicum ad finem permanendi extra Religionem, habitu retento, alendi causa suam Matrem; Sed Testi evidenter constat, quod finis unicus, & præcipuus, qui dictum P. Petrum mouebat ad petendui simile Breue, erat ille introducendi petitio- nem judicialem de, & super nullitate suæ Professio- nis, statim ut extra Religionem maneret; Et Testis bene recordatur, quod redarguit dictum P. Petrum germanum eius fratrem super expeditione talis Bre- uis, respectu quia in eademmet Religione ei permittebatur exire absque habitu, & quod melius poterat finè dicto habitu allegare dictam nullitatem, qui Testi respondit: Tu de his non intelligis, dum exire à Religione absque habitu per aliquod temporis spatium, si id verificetur, est sufficiens motiuum, ne quispiam audiatur super dicta nullitate, licet ad id habeat cau- sas legitimas, & ita respondit,

Ad decimum Articulum dixit Testi constare, quod dictus P. Petrus germanus eius frater non petiit executionem prærelati Breuis ob iusta motiu, nempè quod certior factus D. Bartholomæus de Flon Comes de la Cadenæ, ad præsens defunctus, de animo dicti P. Petri, & de paupertate eius Matris, illi obtulit hanc alere, & dicto Petro assistere in eo, quod posset pro sua exal- tatione, prout dictus Comes id cum effectu executus fuit, sollicitando illum creare Regium Prædicatorem, vt per hoc medium evanesceret illius prætensio, prout Testis dicere id audiuit ab eodemmet Comite, & ita respondit.

iustificanda nullitate jux Professio- nis, quod- que pro tunc talem nullitatem non promo uebat, quia reperie- batur promotus ad Sa- crum Ordinem Subdia- conatus, & dubitabat, quod si id exequeretur posset esse impedimen- ti, & obiciis ad obti- nendos reliquos Ordi- nes, vel ad explendam d. iustificationem.

EE

Ac insuper Testem cer- tiorauit, quod post as- sequitos ceteros Ordines, Breue Apostolicum procuraret manendi extra Religionem ha- bitu retento, alendi causa suam Matrem, sed ad præcipuum fi- nem introducendi Iu- dicium super nullita- te suæ Professionis, sta- tim, ut extra Religionem maneret.

FF

Deponit, quod post ob- tentum d. Breue ne il- lud exequeretur, D. Co- mes dela Cadenæ cu- rauit, sed infructuosè, vt idem Principalis crearetur Regius Pre- dicator pro eo remouen- do à proposito annul- landi Professionem.

GG

Deponit, quod Principalis affectus semper fuit pectoris morbo tām antē, quām post eius coactum ingressū in Religionem.

HH

Ad undecimum Articulum dixit, Testi euidenter constare, quod dictus P. Petrus Serrano statim ut ab Oppido de Tordelaguna Matritum rediit, grauter infirmatus est pectoris morbo, quo semper affectus fuit tām antē, quām post eius ingressum in Religionem, quapropter Testis eum visitauit pluribus vicibus, & id totum, quod in hoc articulo continetur forma, & circumstantijs prærelatis Testis vidit, & varijs vicibus audiuit à Religiosis dictę Domus Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, & itā respondit.

II

Enarrat causam dicti morbi, insimilque deponit, quōd d. Petrus à sua pueritia fuit, & est pusillanimis, delicatus, & continuo infirmus.

KK

Deponit, esse falsum, quōd Principalis sollicitauerit Fratrem ad suscipiendum Habitū Religiosum in Ordine Ministrantiū Infirmis & optimam adducit rationem huiuscē depositionis.

Ad duodecimum Articulum dixit, Testem audiuisse dicere ea omnia, quae in hoc articulo continentur, & prout in eo referuntur à pluribus Religiosis supradictę Domus, scilicet Conuentus Matritensis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis &c.

Ad decimumquartum Articulum dixit, Testi euidenter constare, quod dictus P. Petrus germanus eius frater à sua pueritia fuit, & est pusillanimis, & delicatus, continuo infirmus, & affectus pectoris morbo, qui processit à quodam præcipiti lapsu, quo ruit è Mula veniens à quodam Taurorum spectaculo expleto in Villa de Meco sua accidentalī Patria, cum esset ætatis septem annorum circiter, pro cuius lapsus curatione iacuit in lecto per spatium duorum, vel trium mensium in Ciuitate Complutensi, ubi tunc temporis residebant sui Genitores; hoc tamen non obstante, semper affectus remansit dicto morbo, & Medici testantur, eum esse incurabilem, prout Testis id audiuit. Et incertum quidem est, quod dictus P. Petrus sollicitauerit unum suum germanum fratrem ingredi in Religionem dictorum Clericorum Regularium, quia cum dictus P. Petrus nullos alios Fratres habeat præter Testem, & alium fratrem natu minorem; In eo quod respicit Personam ipsius Testis, hoc esse non potuit, quia assumperat Habitum Ordinis S. Francisci; Et assumptio huiusmodi obstat Constitutionibus Ordinis dictorum Clericorum Regularium, & quoad alium respectuè fratrem natu minorem nuncupat. Iulianus, est magis impossibile, nam Testis nunquam eum vidit cum animo suscipiendi regularem statum, semper enim in Saeculo permanxit summoperè inquietus, exequendo actiones plurimū contrarias simili statui, & itā respondit.

Ad XV. Articulum dixit, ex omnia per ipsum Testem deposita &c. fuisse, & esse vera, & esse publicum, & notorium publicam vocem, & famam, eaque in vim iuramentis praestiti confirmauit &c.

Fr. Ioannes Antonius Serrano.

Coram me Iosepho Lucio, & Chartes Notario.

In Oppido Matriti die 5. Aprilis 1727. præcalendatis ad præsentationem Partis Patris Petri Serrano &c. Ego Notarius publicus infrascriptus vigore commissionis mihi traditæ per D. Vicarium Ecclesiasticum Matritensem recepi iuramentum à D. Maria Emanueli Serrino Vxore D. Emanuelis de Aguir Incolæ huius Oppidi, quæ dictum iuramentum praestitit in forma &c. taliis &c., ac dicere veritatem promisit &c.

Ad Interrogatoria generalia &c. dixit, quod non obstante quia ipsa Testis est Germana Soror P. Petri Serrano &c. veritatem deponet in vim iuramenti praestiti &c., & quod est ætatis 27. annorum circiter &c.

Ad secundum Articulum dixit, quod cohabitante Teste una cum suis Genitoribus, & dicto P. Petro Serrano eius germano fratre in Oppido de Tor de Laguna à tresdecim, & ultra annis, prout ei videtur, occasione, qua per dictum Oppidum transiuit P. Didacus de Ochoa Germanus frater D. Angelæ de Ochoa suæ Matris, Religiosus Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Intirmis, associatus cum P. Ioanne Garcia tunc temporis Provincialis dicti Ordinis, hospitarunt per spatium duorum dierum in Domo dd. eius Genitorum, & postquam dd. Religiosi discesserunt, iter suscipientes versus Oppidum de Buitrago, statim, & incontinenti Ioannes Antonius Serrano Genitor proposuit dicto Petro suo filio, quod si ingredieretur prædictum Ordinem, dictus P. Provincialis promiserat semper esse eius Protectorem, & quod nullam haberet curam de sumptibus faciendis in ingressu, Professione, & reliquis necessarijs; & Testis bene recordatur, quod super huiusmodi assumpto prædictus Genitor fecit dicto Petro filio plures oblationes, & suasiones, & quod dictus Petrus Genitori responsum dedit, non habere, nequem unquam habuisse aliquam inclinationem essendi Religiosum, & quod potius inclinaret statui Clericali in seculo, quibus à Genitore auditis, continuauit per aliquos dies suadere dicto Pe-

Deponit, omnia prædicta per ipsum Testem deposita, fuisse, & esse vera, publica, & notoria.

D. Maria Emanuela Serrano Soror Petri Principalis ann. 27. Ex Traduct. Proces. fol. 107.

Deponit, P. de Ochoa, & P. Garcia hospitasse in Domo Io: Antonij Genitoris ipsius Testis per spatium duorum dierum.

Et post illorum discessum, Genitorem proposuisse Petro Principali, ut illorum Ordine Ministrantium Infirmitatis ingredieretur.

Et Petrum respondisse, assumere velle statutum Presbyteri secularis, cui inclinabat.

non verð statum Religiosum, cui nunquam habuit inclinationem, & in hac negatiua semper persistisse non obstantibus pluribus suasionibus, & oblationibus ei factis diuerso tempore.

tro, ut fieret Religiosus, cui suasioni noluit indulgere, & transactis ab hoc tempore duobus, vel tribus diebus, dictus Pater Provincialis, & dictus Pater Didacus de Ochoa redierunt ad praedictam Genitorum Domum, in qua iterum omnes tentarunt suadere dicto Petro cum muneribus, promissionibus, alijsque instantijs, ut intraret in dictam Religionem, & quia viderunt ea omnia ad nihilum deseruire, qui dicitur Petrus in negatiua semper persistit, ideo praedicti Religiosi abierunt, de quibus omnibus bene Testis recordatur, & scientiam habet, attento quod euerterunt in sui presentia, & omnium Cohabitantium in dicta Paterna Domu, iisdem modo, & forma, & cum circumstantijs superius expressis, & ita respondit.

E

Ob quam negatiuam Genitorem vertisse, amorem in odium contra Principalem, eumque crudelissime tractasse tam verbis, quam factis.

F

Eumque in Cubiculo clausisse, & ibi clausus reliquisse pluribus diebus, aliaque facinora perpetrasse hic per Testem enarrata, eaque publicum scandalum attulisse.

G

Principalem prodd. continuis supplicijs magnum metum concepisse de Genitore, ita ut totus intremiscebat statim illo viso, præsentim quia ipsa tenerg erat etatis, & modici spiritus.

H

Deponit, Genitorem Principalis pluries etiam inuectuisse in

Ad tertium Articulum dixit ipsam Testem bene recordari, & ei constare, quia id vidit, & experta fuit, nempè quod videns dictus Genitor repugnantiam, & renuentiam praedicti Petri sui filij ingrediendi in Religionem, & quod non sufficiebant assidue preces, & suasiones, quas faciebat, ut remoueret dictum filium à sua voluntate, licet usque tunc eundem filium amisset, & præceteris filiis diligisset, postmodum vectit amorem in odium, & malam voluntatem, tractando eum asperè, & crudeliter tam factis, quam verbis, prout Testis vidit, claudendo eum in Cubiculo, & ibi clausum pluribus diebus deserendo, ac dando ei plura, & assidua supplicia, grauiterque in eum minando, & dicendo, quod solum debebat ab illo exire, vel ad Triremes, vel ad Religionem transmissurus, quibus verbis, & factis tota Domus, & Vicini scandalizati remanehant, videntes mutationem amoris in odium, ex quo dictus Petrus statim ut videbat eius Genitorem horrescebat, intremiscebatque ob magnum timorem, & metum, quos de illo conceperat, attentis continuis supplicijs, que contra ipsum exequebatur, tunc temporis tenerg etatis, & modici spiritus, quæ omnia Testis vidit, & experta fuit cohabitans in dicta Paterna Domu, constituta de eo tempore in tali etate, quod poterat de ijs memoriam seruare, prout seruauit, & seruat, & ita respondit.

Ad quartum Articulum dixit, quod continuante dicto Petro suam repugnantiam, & renuentiam erga statum Regularem, peruerterunt ad tantum excessum violentiae, & minæ dicti Genitoris, adeo ut quia illius Vxor, & respectuue Mater dicti Petri, ac Testis, curabat

rabat remouere Virum a sua intentione , ei dicendo , quod dictus filius nollebat , nec isti conueniebat esse Religiosum , pluries Vir contra illam inuexit , quod nunquam peregerat , & una vice ingenti furore , & ira exardescens , arripuit pugionem , & insecurus est eam , ad quem rumorem accursi plures Vicini , impediuerat , ne ullum malum sequeretur , implorato statim pro maiori securitate brachio Iudicis Ordinarij Oppidi de Ton de Laguna ; & his non obstantibus praedictus Genitor sub eadem met die clausit dictum filium in uno Cubiculo cum maiori crudelitate , quæ posset unquam opinari , ei dicendo : Nunc videbis , an debeas meæ voluntati indulgere , & fieri Religiosum ; Et quia dictus Petrus conceperat tantum metum de suo Genitore , non obstante eius puerili ætate , & pusillanimitate , ob illius timorem se proiecit per fenestram in atrium , & non obstante etiam quod vias ignorabat , ex eo quia nunquam è sua Domo exierat , ab ista fugit , iuitque ad Ciuitatem Complutensem , ubi occultus mansit per spatium octo , vel nouem mensum in Domo cuiusdam sui Auunculi nuncupati Emanuelis de Ochoa , in qua nec etiam ei videbatur esse tutum ; Et idcirco per aliquot dies latuit in Conuentu Ordinis Prædicatorum , donec obuiam ei factus alter Auunculus nuncupatus Ioannes de Ochoa , & de casu certioratus , potuit ei suadere mediante dolo , ut secum rediret in Paternam Domum , dicendo ei , quod efficaciter se interponeret , ne intraret in Religionem ; Quia omnia Testis sciauit cum eadem met individualitate prærelata , quia in eius præsentia euenerat , & ita respondit .

Ad quintum Articulum dixit esse certum , & constans , quod post paucos dies reditus supradicti Petri in Dominum sui Genitoris , & postquam dictus eius Auunculus abierat , prædictus Genitor circè dimidiam noctem cuiusdam diei extraxit prædictum Petrum filium è Domino in societate alterius germani sui fratri nuncupati Ioannes Antonius , qui ad præsens est Religiosus Ordinis Carmelitarum Calceatorum , & in societate etiam cuiusdam hominis vocati Emanuel , qui tunc temporis erat Tabellarius illius Oppidi , & viuis famuli istius nuncupat . Franciscus ; Et videntes isti rem tam extraneam , sciscitati in itinere fuerunt dictum Genitorem , quod duceret dictum Petrum suum filium , & eo respondentem : ad Religionem ; statim prædictus Petrus precipitauit ab Equo , in quo equitabat ,

Vxorem , & una vice cum pugione pro ea necanda , ex quo illum remouere tentauerat à suo proposito , & per Vicinas , & Iudicem Loci fuisse pacatum insultum .

I

Sed post hæc , Genitor rem maiori asperitate inclusisse in Cubiculo Principalem qui , ut Paternam crudelitatem euitaret , è fine stra se proiecit , & fugit in Ciuitatem Complutensem , non obstante eius ætate puerili , & pusillanimitate , ibique occultus mansit circa nouem menses in Domo Auunculi , & postea in Conuentu Prædicatorum , ex quo fuit ad Paternam Domum reductus sub sponsione , quod non cogeretur amplius ad statum Religiosum .

K

Deponit , quod Genitor post paucos dies , circa dimidiam noctem , ex traxit è sua Domo Principalem .

L

Qui , ut audiuit , quod ducebatur ad Religio-

nem statim precipita. N
uit ab Equo, in quo
equitabat, ut aufuge-
ret, sed apprehensus a
Patre, ductus fuit Ma-
tritum, cum sponsione,
quod illum ducebat
ad inuisendam Aulā
Regiam, ut in præs.
Summ. num. 5. lit. S.
& T. & n. 13. lit. B.

M

Et postea adductus ad
Conuentum Ordinis
Ministrantium Infr-
mis, Principale repu-
gnante, & cum lachry-
mis etiam profitente,
quod nolebat fieri Re-
ligiosus.

N

Sed à somno correptus
postquam dormire in-
cepit, fuit à Genitore
in d. Conuentu reli-
ctus, & ab illius Pa-
tribus post suasiones,
fuit die sequenti cum
minis Habitum Religio-
so induitus, Petro tota-
liter repugnante.

O

Deponit, quod Testis
tempore Nouitiatus
d. Petri illum vidi
summoperè afflictum,
& gemebundum, quod
que ipsi Testi expres-
sit, quod quasi quotidie
petebat sua laicalia
vestimenta, ut è Reli-

gionem exiret.

bat, tentauitque fugæ se dare, & Domum suam re-
uerti, sed non potuit id consequi, quia Genitor illicet
eum apprehendit, posuitque super Equum, quem ipse
met equitabat, & sic illum adduxit quousque Matri-
tum peruenere; Et Testis id scit, quia vidit discessum
dicti eius Genitoris, & dicti Petri eius germani fratris
è Patria, forma prærelata; reliqua verò, quæ in
articulo continentur, Testi expresserunt Personæ in
dicto articulo nominatae, statim ut ad dictum Oppi-
dum reversæ fuerunt, in quo id fuit notorium, & ita
respondit.

Ad sextum Articulum, dixit, Testem statim audiuisse
ea omnia, quæ in hoc articulo referuntur tamen à dicto
Patre Didacò de Ochoa, quā à Fratre Ioahine Ser-
rano ipsius Testis Germano fratre, expressis per istum
multis lacrymis, quas dictus Petrus effundebat, &
quod ipse etiam frater Ioannes co-nmisertus fuerat,
egreferendo violentiam, quam eius Genitor faciebat d.
Petro germano fratri, stante quid viderat repugna-
tiam, quam iste habebat ingrediendi Religionem &c.
& ita respondit.

Ad septimum Articulum dixit notoriè audiuisse de tem-
pore in articulo relato, quod cum dictus Petrus eius
germanus frater relictus à Genitore in Conuentu ex-
pergefactus è somno fuisset, statim, & incontinenti
Religiosi dicti Conuentus videntes defectum volunta-
tis, quem habebat permanendi in Religione fecerunt
ei plures suasiones cum precibus, & munieribus, &
quia ea ad nihilum inserviebant, subinde increparunt
cum iisdem Paternis minis, & die sequenti habitu Re-
ligioso illum induerunt cum omnimoda prædicti Petri
repugnantia, qua de causa ut eum mulcerent, pro-
misserunt reportare dispensationem quoad annum sui
Nouitiatus, & ad hoc Breue expedierunt de manda-
to P. Provincialis, qui prò huiusmodi expeditione
soluit sexdecim pietia argenti; Et cum Testis Matri-
tum venisset ad Domum cuiusdam suæ Materteræ in-
trà annum dicti Nouitiatus, permisum ei fuit, quod
vna vice dictum Petrum videret, qua occasione illum
summoperè afflictum, & gemebundum vidi, & Testi
dixit totalem repugnantiam, cum qua persistebat, &
quod profiteri nolobat, quia auersum animum in hoc ha-
bebat, & quod quasi quotidie ibat ad Cellam, in qua
habitus seculares Nouitorum assuerantur, & petebat
sua Vestimenta, ut è Religione exiret; Et quod qua-
dam

dam occasione Magister Nouitorum eum vidit cum
hac determinatione, & procurauit eum dissuadere
à sua intentione, dicendo, quod id eueniebat ex De-
monis tentatione, & porrectis eidem quibusdam re-
bus gustatu dulcibus, potuit hoc modo illum conti-
nere per spatium quatuor, vel quinque dierum, &
data de hoc notitia eius Genitori, iste Matritum petiit,
& rediens ad solitas minas, compulit dictum Petrum
ad recipiendam Professionem; Quæ omnia Testis scit,
quia ea vidit, & audiuit eademmet forma superiùs
expressa, & ita respondit.

Ad octauum Articolum dixit, quod à duobus, vel tri-
bus annis, postquam dictus Petrus professus fuit, in-
cumbens studijs in Ciuitate Complutensi, ubi etiā
Testis manebat in Domo, & Societate suorum Geni-
torum, qui ibidem tunc temporis habitabant, com-
municauit cum Teste, eius Matre, & pluribus alijs Per-
sonis sibi familiaribus violentiam, & repugnantiam,
cum quibus ingressus fuerat in Religionem, & nullam
intentionem, cum qua professus fuerat ob metum sui Ge-
nitoris, qua de causa dicebat non esse Religiosum, &
quod ad finem declarandi nullitatem suæ Professionis
consultebat varios Viros doctos, & scientificos, qui
clarè aiebant quod ex sui natura fuerat nulla eius Pro-
fessio; Et quia Genitor semper de eo suspicabatur, ha-
buit de his notitiam, & repetendo minas ad instar fu-
nisci se gessit, donec, & quousque potuit assequi, quod
arriperet ab illius manibus consultationes, easq; lacer-
ret, prout idemmet Petrus, & alij Personæ id in-
dijidualiter illa occasione retulerunt, ob quas ratio-
nes, & cæteras supra depositas Testis scit ea, quæ in
hoc articulo continentur, & ita respondit.

Ad nonum Articulum dixit, quod statim ut d. Genitor ab
humanis decessit, quod evenit mense Octob. anni 1721.
immediate dictus P. Petrus Serrano explicauit magna-
cum libertate nullitatem suæ Professionis, suscipiendo,
prout suscepit authenticum testimonium de ijs, quæ
dixerant varij Testes super violentia sui ingressus in
Religionem, exprimendo non esse talem Religiosum,
& quia tunc temporis dictus P. Petrus erat Subdiaconus,
& ei videbatur sibi retardari promotionem ad Sacer-
dotium, si juridicè introduceret Causam nullitatis
suæ Professionis; Ideò prò tunc mouere instantiam di-
stulit, sed retinendo suam renuentiam, & repugnantiam
statui regulari,

P Deponit, quod certio-
ratus de his Genitor,
illum minis compulit
ad emittendam Pro-
fessionem.

Q Deponit, quod post
duos circiter annos ab
emissa Professione Prin-
cipalis parauit à Do-
ctoribus Complutensi-
bus Iurium Consulta-
tiones pro annullanda
eius Professione per
vim, & metum dun-
taxat emissæ.

R Sed Genitor ad instar
furiosi se gerens cum
Petro, illas ab eius ma-
nibus abstulit, ac lace-
rauit, eum acriter mi-
nitando.

S Sed postquam Genitor
decessit mense Octobr.
1721. immediate Prin-
cipalis explicauit ma-
gna cum libertate nul-
litatem suæ Professio-
nis, & suscepit docu-
menta præ ea annul-
lida de quib; in fin. 14.

T At quia tunc tempo-
ris iam erat Subdiaco-
nus, ob id non introdu-
xit illicet Iudicium su-

per d. nullitate, retinendo tamen repugnantiam statui Regulari.

V

Et anno 1723. obtinuit Breue, pro manendo extra Claustra, ad fine introducendi hanc Causam cū libertate.

X

Quod tamen exequutū non fuit ob præstata, impedīm̄ta nō tam à Comite de la Cadena, quā à Relig. vt inf. n. 22. lit. F., § n. 35.

Y

Deponit, quod Principalis semper fuit professus, quod nunquam Vota Religiosa ratificauit.

Z

Deponit, quod Principalis iacuit in lecto in firmus mense Decembris 1721.

AA

Et ab anno 1722. usque ad 1725. fuit absens à Conuentu in diebus festis Conceptionis B.M.V.

BB

Quodque tam in aliis antecedentibus, quā in illo anni 1726. semper dicebat, quod ratificabat dd. Vota, eo prorsū modo, quo suā fecerat Professionem, hoc est per vim, & metum, & idē nulliter.

CC

Deponit, se pro certo

consequi potuit anno 1723. rescriptum Sacrae Congregationis, ut habitaret in maternal Domo, & hoc, animo excitandi cum libertate extrā Religionem litem super dicta nullitate; Et eo, quæ in hoc articulo depositum Testis scit, quia ea vidit eademmet forma, & eisdemmet circumstantijs prærelatis, & ita respondit.

Ad decimum Articulum dixit ipsam Testem scire omnia, quæ in hoc Articulo exprimuntur, quia ea audiuit tam à prædicto P. Petro eius germano fratre, quam à D. Comite de la Cadena, in cuius Domum Testis frequentissimè accedebat, ultra quamquod totum id erat, prout est publicum, & notorium, & ita respondit.

Ad XI. Articulum dixit, quod quoad ratificationem Votorum in hoc articulo expressam, id ipsum infinitis vicibus Testis audierat à dicto P. Petro eius germano fratre; Et quoad assentiam ab eo præstitam in ultima Infirmitate sui Genitoris, & istius obitu, Testis id scit, quia cum dicto P. Petro iuit, & recessit; & scit, quod iste immediatè post redditum infirmatus fuit febri maligna, & Anginæ morbo, qui perdurauit à fine mensis Nouembris anni 1721., qua die à lecto surrexit, ut iret ad suscipiendos Ordines in Palatium D. Archiepiscopi Toletani, & ita respondit.

Ad XII. Articulum dixit, quod quoad infirmitates, & absentias à Conventu dicti P. Petri eius Germani fratris in diebus Beatæ Mariæ Virginis Conceptionis ab anno 1722. usque ad annum 1725. inclusuè, Testi id constat, quia vidit, & experta fuit id euenisse eademmet forma in articulo relata; Et quoad annum proximè præteritum 1726., dictus P. Petrus Testi expressit, quod concurrerat ad eum ratificationis Votorum, sed quod tam in dicto actu, quam in omnibus alijs anterioribus nullam prorsus habuerat intentionem, dum semper in illis exprimebat, quod ratificabat dicta Vota eademmet forma, qua suam Professionem fecerat; Et quod cum ista esset nulla ob defectum voluntatis, per consequens erat etiam nullæ prædictæ ratificationes, & ita respondit.

Ad XIII. Articulum dixit, quod quoad Consultationes in articulo isto relatas, se remittit ad ea, quæ prece- den-

Num. 6., & 7.

denter depositus, & attenta totali repugnantia, & defectu voluntatis, cum quibus dictus P. Petrus germanus eius frater ingressus est Religionem, & in ea permanens, habet Testis pro certo, & absque ullo minimo dubio, quod dictus P. Petrus nec tacite, nec expressè ratificauerit suam Professionem, neque reliquos actus, quos supra expressit, & ita respondit.

Ad XIV. Articulum dixit, quod quando predictus P. Petrus germanus eius frater ingressus est dictam Religionem, erat adolescentulus valde pusillanimis, & modici spiritus ita ut alter ei similis opinari non posset, & sex annis, & ultra ante dictum ingressum, laborabat pectoris infirmitate, causata ex precipiti lapsu ab Equo, & Testi etiam evidenter constat, quod ille permanens, & permanet in Religione cum dicto morbo, quem Medici declararunt esse incurabilem; & est incertum, alienumque ab omni veritate, quod dictus P. Petrus nullo inquam praetextu sollicitauerit fratrem Ioannem Serrano germanum suum fratrem intrasse in dictam Religionem Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, attenta totali repugnantia, quam dictus P. Petrus semper habuit sue Religioni, & attento etiam, qui predictus Fr. Ioannes prius fuerat Religiosus Ordinis S. Francisci; Ideoque, prout Testis audiuit, hoc erat impedimentum, ne ingredi posset in predictam Religionem, & idcirco apparet id prorsus esse falsum, & ita respondit.

Ad XV. Articulum dixit omnia per Testem deposita in praesenti suo examine fuisse, & esse vera, & quod est publicum, & notorium, publica vox, & communis opinio, eaque in vim iuramenti praestiti confirmavit, & ratificauit, ac propria manu, & charactere subscriptis una mecum Notario publico infra scripto, qui de premissis fidem facio.

D. Maria Emanuela Serrano.

Coram me Vincentio Garcia Not.

In Oppido Matrici die, mense, & anno predictis, ad presentationem Partis Patris Serrano &c. Ego Notarius publicus infra scriptus vigore Commissionis mihi traditæ per D. Vicarium Eccles. Matritensem, recepi iuramentum à D. Isabella de Palazuelos &c. huius Oppidi,

credere, Principalem nec tacite, nec expressè ratificasse Vota, attenta illius totali repugnantia semper ab eo demonstrata statui Regulari.

DD

Et tempore illius ingressus in Religionem fuisse adolescentulum valde pusillanimem, & modici spiritus, & sex, & ultra annis ante laborasse, ac modo etiam laborare pectoris morbo, iam à Medicis declarato pro incurabili, & causam habente ex allapsu ab Equo.

EE

Falsumque esse, Principalem sollicitasse eius fratrem ad suscipiendum Habitum in d. Ordine Ministrantium Infirmis, ex ratione à Teste assignata

FF

Et omnia per Testem deposita fuisse, & esse vera, publica, & notoria.

Num. 7.

III. Testis.

D. Isabella de Palazuelos Cognata Io: Antonij Serrano Genitoris Principalis, anno 33. formiter examinata d. die 5. Aprilis 1727.

quæ illud præstítit in forma &c. tacis &c. ac dicere
veritatem promisit &c.

A

Ad Interrogatoria generalia &c. dixit, quod non ob-
stante, quia ipsa Testis est Materteria Patris Petri Ser-
rano, à quo præsentatur, veritatem deponet in vim iu-
ramenti præstiti &c. & quod est ætatis 32. annorum
circiter &c.

B

Deponit, d. Io: Antoni-
num semper hospitas-
se in Domu ipsius Te-
stis quoties venit Ma-
tritum, ipsique Testi
expressisse eius delibe-
ratam voluntatem su-
per ingressu Principa-
lis in Ordine Mini-
strantium Infirmis.

C

Sed dictæ eius volun-
tati Principalem sem-
per restitisse, ac mani-
festasse totalem repu-
gnantiam.

D

Et inclinasse statui Sa-
cerdotis Secularis, cui
idem Genitor arridere
non poterat ob defectū
Patrimonij.

E

Et non valuisse conti-
nuas ipsius Genitoris
suasiones pro eo remo-
uendo à d. proposito.

F

Ob idque, Principale
fuisse à Genitore cru-
delissimè continuis sup-

Ad Secundum Articulum dixit, quod occasione in hoc
articulo relata, quia ipsa Testis erat Cognata Ioannis
Antonij Serrano, iste varijs vicibus veniebat Matri-
tum, & semper hospitabat in Domu ipsius Testis, &
hac de causa eidem expressit, qualiter Pater Didacus
de Ochoa Testis Consanguineus, & Pater Ioannes
Garcia tunc temporis Prouincialis Clericorum Regu-
larium Ministrantium Infirmis, ipsi Ioanni Serrano
proposuerant, ut facerent ingredi in eorum Religionem
Petrum Serrano eius filium, quia in illo recogno-
uerunt magnam actiuitatem ad apprehendenda studia,
& quod dictus Pater Garcia Prouincialis esset illius
Protector, quin curam haberet de sumptibus facien-
dis in ingressu, & Professione; factis per dd. Patres,
quoad hoc, varijs oblationibus; Et quod licet ipse
D. Ioannes Serrano ei proposuisset dicto Petro eius filio,
iste resistebat, manifestando totalem repugnantiam, &
defectum voluntatis ingrediendi dictam Religionem,
quibus per Testem auditis, dixit dicto Ioanni Serra-
no, quod non compelleret filium ad suscipiendum
statum Regularem contra eius voluntatem, & ad hunc
finem fecit praedicto Ioanni plures alias monitiones,
ab quas iste demonstrauit magnam disloquentiam, di-
cendo, quod illud erat medium, ut dictus eius filius
virtute præcelleret; nam licet ipse potius inclinare
statui Sacerdotis Secularis, non habebat Patrimo-
nium, nec ullam Capellaniam, ut posset ordinari;
Et dictus Ioannes, tam in dicta occasione, quam in
ceteris alijs in quibus de hoc assumpto tractarunt,
semper Testi dicebat magnam afflictionem, quam sen-
tiebat, quod licet ipse continuò suaderet, quod prædi-
ctus Petrus eius filius fieret Religiosus dicti Ordinis, ille
tamén semper repugnabat, dissentiendo suis suasioni-
bus, & super hoc fecit cum Teste plures alias expres-
siones, & ita respondit.

Ad tertium Articulum dixit, quod de tempore in hoc
articulo expresso, ipsa Testis audiuit tam à Matre di-
cti Patris Serrano, quam à pluribus alijs Personis,
qua-

qualiter videns Genitor non sufficere repetitas instantias, quas dicto filio faciebat, ut ingrederetur in di-
Etiam Religionem, quod non poterat istum à suo pro-
posito remouere, sollicitauit id exequi per vim, tra-
Etando eum cum multa asperitate, & crudelitate tamen statim, ut Genitorem
verbis, quam operibus, & infligendo in eum multa, videbant pro magno
continua supplicia, recludendo in Cubiculo, & fa-
ciendo plures minas, qua de causa eum abhorrebat, & conceperat.
filius statim ut Genitorem videbat intremiscebat præ
magno metu, quem de illo conceperat, & abique du-
bio Testis reputat hoc euidenter euuisse ob experien-
tiam, quam habet de superbo, & intrepido naturali di-
Eti Ioannis Antonij Serrano, & ipsum audiuuit à pluri-
bus alijs personis Oppidi de Tor de Laguna, quæ ve-
niebant ad visitandum ipsam Testem, & ob prærelatas
rationes scit ea, quæ depositit, & ita respondit.

A d 4. Articulum dixit, Testem audivisse ea omnia, quæ
in hoc articulo exprimuntur tamen occasione in illo re-
lata, quam pluribus alijs occasionibus non solum à Matre dicti Patris Serrano, sed etiam à pluribus alijs Parentibus, & Personis dicti Oppidi de Tor de Laguna, in quo id erat summoperè publicum, & notorium, ob scandalum ibidem occasionata; Itaut Iudex Ordina-
rius prædicti Oppidi varijs vicibus iuisset ad corrigen-
dum excessus, quos exequebatur dictus Ioannes Antonius Serrano contra eius Vxorem, infligendo in istam cru-
delia supplicia, & minando ei occisionem, & ex eo, quod dicta Vxor renuebat, quod prædictus elus filius in-
grederetur Religionem, videndo eius auersam in hoc vo-
luntatem, & ita respondit.

A d 5. Articulum dixit, quod paucis diebus antequam dictus Ioannes Antonius Serrano secumferret prædi-
ctum P. Petrum eius filium ad hoc Oppidum Matriti, ut faceret eum in Religionem ingredi; hospitauit in Domo ipsius Testis, cui significauit, quod debebat dictum filium adducere Matritum, ut eum viderent in Conuentu; & cum effectu sic executus id fuit; sed quia dictus Ioannes Antonius viderat, quod dictus eius filius in itinere certioratus de firma voluntate Genitoris eumducendi ad hunc finem Matritum, preceps ruerat ab equo, & fugæ se dare tentauerat, ut in Patriam rediret, ideo dictus Ioannes elegit non hos-
pitiari in Domu ipsius Testis, prout semper facere con-
sueuerat, sed stetit in quadam Caupona, ex qua, die sequenti extraxit dictum eius filium, & secum adduxit

plicijs, reclusionibus in Cubiculo, pluribus que minis, ob easque totum intremisere,
statim, ut Genitorem videbant pro magno metu, quem de illo conceperat.

G

Genitorem Principa-
lis fuisse intrepidæ, &
superbæ naturæ.

H

Eiusque immanitates in filium, & in illius Genitricem, Viro sua-
dentem, ne filium cogeret ad suspiciendū habitum Religiosum,
andalum publicum attulisse, itaut fuerit Iudex Loci coactus ire ad corrigendum excessus d. Io: Antonij.

I

Deponit, Genitorem Principalis Testi dixi-
se, Principalem tentasse fugam statim ut audiuit, quod illum
ducebat Matritum, ut fieret Religiosus.

K

Et ob id d. Genitorem cum filijs non hospitas-
se in Domo ipsius Te-

*stis, prout facere con-
sueuerat.*

L

Alias refert personas, à quibus prædicta audiuit, quæ ei addiderunt, quod Genitor Principalem extraxerat à sua Domo circa dimidiam noctem.

M

in Conuentum, ubi fecit, quod incontinenti Regulair habitu iudueretur; Quæ omnia Testis audiuit tam à dicto Ioanne Antonio Serrano, quam ab altero istius filio, qui ad præsens est Religiosus Ordinis Carmelitarum Calceatorum, & qui etiam in eius Societate Matritum venerat; Pariterque ea audiuit à quodam homine nuncupato Emanuel, qui erat Tabellarius Oppidi de Tor de Laguna, & à Francisco istius famulo, qui insimul associati cum dictis Genitore, & filijs Matritum quoque venerant, & à cunctis prærelatis Testis audiuit, quod prædictus Ioannes Genitor extraxerat prædictos eius filios à sua Domo circa dimidiam noctem &c.

Ad 6. Articulum dixit, audiuisse varijs vicibus ea omnia, quæ in hoc articulo continentur tam à dicto P. Petro Serrano, quam ab alijs Religiosis sui Conuentus, tam de tempore in articulo relato, quam postea, & ita respondit.

Ad 7. Articulum dixit, quod eademmet forma, quæ depositum in præcedentibus, Testis audiuit id, quod refertur in hoc articulo, & addit, quod tempore, quo dictus P. Petrus Serrano stabat in suo Nouitiatu, Testis pluribus vicibus iuit ad eum videndum, & semper eum reperiit valde gemebundum, manifestando totalem eius repugnantiam, & defectum voluntatis permanendi in Religione, adeoque Testis commisera aliquibus vicibus fuit, videndo eum continuò lugerg, & dicentem, quod eius animus non erat profitandi in Religione, qua de causa petebat sua vestimenta, ut è Religione exiret, & quod nolebant ei tradere dicta vestimenta, & quod si daretur casus emittendi dictam Professionem, hoc esset absque eius voluntate, & absque intentione, dum illam emitteret ob magnum timorem, quem habebat de supplicijs, & minis contra ipsum incussis à suo Genitore; Et hac occasione Testis recordatur, quod dictus Ioannes Antonius Serrano venit in hoc Oppidum Matriti, & alloquens cum Teste, ei dixit, quod venerat Matritum, vosatus ab aliquibus Religiosis dicti Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, qui sibi significauerant defectum voluntatis sui filii permanendi in dicto Ordine, & quod ipse suaderet prædicto filio, ut desisteret ab intentione, quam habebat exeundi, & quod, casu quo nollet desistere, volebat eum occidere, & cum effectu prædictus Genitor iuit ad dictum Conuentum ad continuandum suasiones, & minas contra dictum suum filium, & regressus è Conuento Testi dixit, quod in exteriori iam reliquerat filium

O

Et ob id à Religiosis fuisse vocatum Matriti d. Principalis Genitorem, qui fuit ei mortem minitatus, nisi in Religione persisteret.

*H*iam aliqualiter pacatum, sed hoc non obstante destitu-
batur omni spe, quia ei videbatur, quod totus Conuentus
erat incapax, ut dicto filio suaderet, quod bono animo
in illo permaneret, & ita respondit.

Ad 8. Articulum dixit, quod transactis duobus, vel tri-

bus annis, postquam dictus P. Serrano ingressus Reli- Deponit, Principalem gionem fuit, illius Pater, & Mater dederunt Testi no- duobus circiter annis ritiam, qualiter cum dictus P. Petrus incumberet stu- post ingressum in Reli- dijs in Complutensi consulebat ibi Viros doctos gionem parasse à Do- ad finem declarandi nullam suam Professionem, & quod ceteribus Complutensi- certioratus de his Genitor, magno transferat furore ad bus Iurium allegatio- Collegium, in quo dictus P. Petrus studebat, & contra nes pro annulanda istum fecerat nouas minas, & abruptis ab eius manibus eius Professione, sed consultationibus, quas exquisierat, ingenti furore, & ira Genitorem ingenti furo illas lacerauerat, qua de causa fecerat pro tunc superse- re eas ab illius manib- dere dictum filium in sua intentione; Et hoc ipsum Te- abstulisse, ac lacerasse stis pluribus vicibus audiuit à dicto P. Petro Serrano, qui faciebat multas alias expressiones ad hunc finem conducebentes, & manifestabat manere in dicta Religio- ne cum totali violentia, dum tunc, & valde postea semper, & quando tractabat cum Teste super hoc assump- to, ipsi videbat illum gemere, & dicentem, quod sua Professio fuerat nulla de sui natura, & quod eam ele- arauerat ob metum, & timorem, quos de Genitore habe- bat, & quod nisi ponebat, vel posuerat iuridice instantiam de, & super nullitate dictae Professionis, hoc euenerat, & euenerat ex causa dicti metus, & timoris, sed quod semper, & quando haberet opportunam occasionem, debe- bat id exequi, & ita respondit.

Ad 9. Articulum dixit, ipsam Testem audiuisse ea omnia, quæ in hoc articulo continentur tam à dicto Pa- tre Petro Serrano, quam à Religioso Carmelita istius germano fratre, & à pluribus alijs Personis, de qui- bus modò non recordatur, & ita respondit.

Ad 10. Articulum, & ad reliquos usque ad 12. inclusuè dixit, ipsam Testem etiam audiuisse omnia in hisce articulis expressa tam ab eodemmet P. Petro Serrano, quam ab istius Matre, & germano fratre, qua de cau- sa Testis scit ea, quæ in prærelatis articulis contine- tur, & ita respondit.

Ad 13. Articulum dixit, quod quoad consultationes in articulo relatas se Testis remittit ad ea, quæ depositus; & quoad reliqua articulata, Testis habet pro certo, & absque ullo prorsus dubio, quod Professio, quam dictus P. Petrus Serrano celebravit, fuerit nulla, nul-

Deponit, Principalem duobus circiter annis post ingressum in Reli- gionem parasse à Do- ad finem declarandi nullam suam Professionem, & quod ceteribus Complutensi- certioratus de his Genitor, magno transferat furore ad bus Iurium allegatio- Collegium, in quo dictus P. Petrus studebat, & contra nes pro annulanda istum fecerat nouas minas, & abruptis ab eius manibus eius Professione, sed consultationibus, quas exquisierat, ingenti furore, & ira Genitorem ingenti furo illas lacerasse ab illius manib- re eas ab illius manib- abstulisse, ac lacerasse

R
Et Principalem ea de- re pluriè cum lacrymis conquestum fuisse cum Teste exprimendo etiā, quod manere cogeba- tur in Religione contra propriam voluntatem, dum ob violentias Ge- nitoris intentare non poterat Iudicium super nullitate sue Professio- nis per vim, & me- tum emissæ.

S

T

V

Deponit, Principalem semper se protestass- cum Teste, & alijs Amicis, & familiari-

*bus, super non ratificatione sue Professio-
nis nec tacitè, neque
expressè.*

X

*Et tempore sui ingressus in Religione fuisse
valde pusillanimus, & modici spiritus, &
multò ante laborare pectoris infirmitate,
priùt laborat de præsenti, à Medicis decla-
rata pro incurabili.*

Y

*Falsumque esse, Prin-
cipalem sollicitasse eius
fratrem ad suscipiendum
habitum in d. Ordine Ministrantium
Infirmis, ex ratione à
Teste assignata,*

Z

*Et omnia per Testem
deposita esse vera, pu-
blica, & notoria.*

Num. 8.

*Declaratio Angelæ de
Ochoa Matris Princi-
palis facta sub die 13.
Octobris 1726. in ar-
ticulo Mortis, & post
suscepta SS. Ecclesiæ
Sacramenta, pro sua
Conscientia exoneratione,
super totali repu-
gnantia Petri Princi-*

*liusque roboris, ac momenti ob defecum suæ volun-
tatis, prout dictus P. Petrus id Testi expresserat; Et
per consequens habet eandem certitudinem, quod ille nulla vice Professionem ratificauerit neque
tacitè, neque expressè, nam se secus fecisset, attento quia
cum Teste continuò tractauit. & ea omnia conducentia
ad hunc finem communicauit, prout ad præsens tra-
ctat, & communicat, opinatur, quod etiam hoc eidem
panderet, sed dictus P. Petrus semper contrarium mani-
festauit tam ipsi Testi, quam ceteris Personis suis ami-
cis, & familiaribus, & ita respondit.*

Ad 14. Articulum dixit, Testi constare, quia id vidit, qualiter prædictus D. Petrus Serrano quando Religio-
nem ingressus fuit, erat valde pusillanimis, & modici
spiritus, & quod multo tempore ante dictum ingressum
laborabat pectoris infirmitate, qua affectus, in Religione
permansit, & ad præsens permanet, adeo ut continuò me-
dicamina sumit, & Medici declararunt dictum morbum
esse incurabilem; Et quoad reliqua in præsenti articu-
lo relata, Testis absolutè reputat ea esse incerta, & à
veritate aliena, nam nunquam dictus P. Petrus sollici-
tauit, nec ad Testis notitiam peruenit, quod habuiss-
et ullam leuem intentionem, vt germanus illius fra-
ter ingrederetur in Ordinem Clericorum Regularium
Ministrantium Infirmis; si secus enim esset, ad notitiam
omnino Testis peruenisset, & id sciret attenua eius Paren-
tela, alijsque rationibus superius depositis, & ita re-
spondit.

Ad 15. Articulum dixit, omnia, & singula per Testem
deposita in præsenti suo examine fuisse, & esse vera,
& quod est publicum, & notorium, publica vox, &
fama, ac communis opinio, eaque in vim iuramenti
præstiti confirmauit &c., prout ego Notarius publi-
cus infrascriptus de præmissis fidem facio.

Coram me Vincentio Garzia Notario.

Fidem facio Ego Silvester Emanuel de Medina Scriba
Regius, & publicus, qualiter occasione, qua cogni-
tionem habeo de Domna Angelæ de Ochoa Vidua relictæ
quondam Ioannis Antonii Serrano, sciens illam grauiter
infirmam, & de proximo morituram lecto cubare, &
bo-
dierna die fuisse munitam SS. Pænitentia, & Eucaristia
Sacramentis, accessi in illius Domum eam visitaturas, ibi-
que peruentus una cum Ioanne Emanuele de Posa meo
Scriptore, incipi eam consolari, dicendo, quod ta-
lu-

Intem speraret à Domino, quæ mihi respondit, quod pro impetrando à Divina Pietate veniam suarum culparum Christum Sacramentatum receperat, & quod postea de suis modicis Bonis disposuerat, & quod solum ei, uti Catholicæ Christianæ, Scrupulum remanebat, non pandendi nullitatem Professionis emissæ per P. Petrum Serrano eius filium, nam animaduertebat nunquam posse obtinere veniam à Deo, nisi id exequeretur; Ideoque præ exoneratione suæ conscientiæ debebat dicere, quod præ relatus eius filius residens in ordine Clericorum Regularium Ministrantium Iosirmis, vulgo Agonizantium, semper habuit totalem repugniam statui regulari, & in illo profitendi; Et quod eius Genitor allectus sponsionibus, quas ei fecerant aliqui Religiosi dicti Ordinis, prout P. Ioannes Garcia, & impulsus à rebuitate suorum bonorum, decepit dictum eius filium sub varijs prætextibus; adeo ut coactus iste fuit fugere à Domu suorum Genitorum, & Fratrum, exponendo propriam vitam periculo itinerum, quia solus adhuc puer incessit, astante mense Augusto, timens castigationem, quam ei Genitor minatus fuerat, postquam eum incluserat, & acriter puniuerat, ad finem, ut iuxta suam voluntatem Religiosus omnino fieret; Ex quo evenerit, quod dictus P. Petrus Serrano fugeret à Paterna Domu, & extræ eam per spatium septem, & ultra mensum permaneret, cui-

palis statui Regulari, ac super minis, violentiis, & castigationibus, ob quas idem Petrus ingressus fuit in Religionem, & in ea professus.

Ex Traduct. fol. 41. à ter. & ex alio Teste, cuius formalis depositio datur in seq. numero 9.

A

B

C

Declarat, quod Principalis semper habuit totalem repugniam Statui Regulari, & in illo profitendi.

D

Enunciat sponsiones à P. Garzia factas Io: Antonio Serrano, quatenus Petrus Principalis fieret Religiosus in suo Ordine; ac etiam violentias d. Petro inflatas ad hunc effectu.

E

Principalis, ne fieret Religiosas, fugam arripuit à Domu Paterna, tempore, quo erat adhuc puer, & astante Augusto, postquam Genitor eum incluserat in Cubili, & acriter puniuerat, & fuga perdurauit ultra septem menses.

F

Et d. Petrus non rediit in Domum Paternam, nisi post acce-

piam fidem, & sponsionem ab eius Auunculo, quod lo. Genitor eum amplius non molestaret ad suscipiendum Habitum Religiosum.

G

Sed deceptus fuit, dum acrius Pater continuis suppliciis, & inclusionibus eum afflixit, et etiam comminando ejectionem à sua Domo, & detentionem in Tirementibus, nisi Religionem Ministrantiū Infirmis ingredere tur.

H

Et quia declarans illius Vxor eum removere tentauit à sua prætensione, fuit à Viro cum armis insequa- ta.

I

Et delata re ad publicum Magistratum, fuit ab eode Ioanni Antonio iniunctum sub penarum comminatione, ut à dictis violentiis omnino se abstineret.

K

Et Ioannes Antonius ad effugiendas dd. patnas, sub prætextu invi- ndi Aulam Regiam, fursum, ac violenter adduxit infelicem puerum eius filium in Oppidum Matriti, ibique compulit ingredi di- clam Religionem, penitus inscia Vxore.

sans hoc modo rigore contra ipsum minatum, & postmodum non rediit in domum Paternam, nisi post accepit fidem, & sponsionem sui Auunculi D. Joannis de Ochoa, qui illum compulit Paternam Domum reuerti sub præsupposito sponitae iam patriæ voluntatis cirea assumptum susceptionis habitus regularis, quæ tamè sponsio, & fides frustrata remansit, ex eo quod prædictus Genitor acrius insteterat comminando dicto eius filio ejectionem à paupere sua Domo, nec non cum terrendo comminatione Tirementum, nisi prædictam Religionem ingredetur; Nec his Genitor contentus, persistebat in dicto pertinaci suo proposito, quod ut sequeretur continua sup- plicis, & inclusionibus dictum filium affigebat, ut in suam sententiam traheret; Et quia ipsa Domina Ange- la illius Vxor pluriè prædicto Viro exposuerat, dic- tum eorum filium nolle ingredi tales Religionem, neque ipsam, vt Matrem, esse in hoc assensuram ob rationem, quod similes status non coacte, sed spontaneè sunt amplectendi, dictus eius Vir, arreptis armis, curauit suas obiectiones vindicare, quas violentias, & minas, ut armorum arreptionem cum ipsa Angela Vxor de- tulisset publico Magistratu Oppidi de Tor de Laguna, Don Joseph Bernardus de Quiros tunc Civilis illius Oppidi iudex iuridicè edixit dicto Viro, & Genitori res- pectuè, se abstinere à prærelatis violentiis, minis, & pro- cedimini bus contra suam Vxorem, & filium, & quod si secus ageret, ac in sua duritate persistebat, sciret rigidè se plectendu; quam seueram prædicti iudicis animaduer- sionem ut dictus Genitor eluderet, quæstio prætextu invi- sendi Regiam, decepit, & violenter adduxit fi- lium in Matritum, ibique compulit ingredi supradi- clam Religionem, cælans ea omnia suæ Vxori, quæ tamè ut primùm illa sciuit, accinxit se itineri, ani- mo impediendi susceptionem Regularis status repu- gnantem voluntati dicti sui filii; At quandò Matri- tum

qui peruenit, reperiit filium iam indutum habitu di-
ctæ Religionis, quem iste omnino à se repellere, illo-
que se exuere volebat, eo quod, prout dicebat, semper
recusauerat fieri Religiosum, quam renuentiam suscipien-
dum, & retinendi dictum habitum sèpissime declarauit,
excuso non semel à Conuentu; Quo ad notitiam Geni-
toris peruento, intimauit prædictio filio, quod in casu
dimissionis suscepti iam habitus, certè sciret, se vi-
tam quoque dimissurum, exploso in eum Scopo; Et
eiusmodi incussi terroris metu coactus professionem filius
emisit, qui semper ipsi D. Angelæ Matri manifestauerat
coactè, & per vim Professionem emississe, & non animo
se obligandi, sed effugiendi iram sui Genitoris, & com-
minatam ei internicionem, protestando se expectare tem-
pus opportunum prò infringenda cius Professione, ut
habitum regularem dimitteret, & ad seculum rediret;
Et hæc omnia ipsa Domna Angela declarabat prò exone-
ratione propriæ conscientia, & proprie Sacrosanctum
Eucharisticum panem hodiè susceptum, vt casu, quo dictus
eius filius tentaret iustificare nullitatem suæ Professionis
coactè concessa in dicta Religione, constaret, quod ipsius
Angelæ animus semper fuerat, & est ea declarare, &
quod licet prædictus eius filius receperat, viuente dicto
eius Genitore Ordinem Sacrum, hoc euenerat ob istius
metum, & quia tunc temporis ignorauerat, an talis
Ordinis susceptio posset esse sibi præjudicialis; Et hoc
interim ingressus in Cubiculum, ubi dicta Domina
Angela iacebat infirma, prædictus Pater Petrus Serra-
no; habuit de prærelatis notitiam, & exiens in Au-
lam, ad illius Ianuam vocavit Dominum Antonium

L

Petrus Principalis
post suscepit per vim
& metum Habitum
Religiosum, illo se exue-
re volebat, ex quo sem-
per recusauerat fieri
Religiosum, & plures
etiam aufugit à Con-
uentu.

M

Sed Genitor ei intima-
uit, quod si habitum
dimitteret, certè sci-
ret, se vitam quoque
dimissurum, exploso in
eum Scopo, & ob hunc
pergrandem m̄ tu coa-
ctè postmodum profes-
sionem emisit.

N

Se tamen protestans
cum eius Matre, quod
id fecerat non animo se
obligandi, sed effugien-
di duntaxat ei commi-
natum internicionem,
& tempore opportuno
infringere velle pro-
fessionem.

O

Quæ omnia d. Angela
declarauit pro suæ Con-
scientiae exoneratio-
ne.

P

Iterum deponit, Pro-
fessionem fuisse à Petro
coactè emissam.

Q

Et recipisse Ordinem
Sacrum in dicta Reli-
gione ob metum Geni-
tris, & eo viuente.

R

De qua declaratione
Petrus Principalis, hoc

interim ingressus in Cubiculum, ubi degrebat Mater moribunda, rogari fecit publicum Instrumentum à Siluestro Emanuele de Medina Regio Scriba.

S

Sub die 13. Octobris
1726.

Num. 9.

IV. Testis.

D. Ioannes Emanuel de Posa formicèr examinatus die 5. Aprilis 1727.

Ex Traduct. Processi.
fol. 102. & seqq.

A

Qui Testis præfuit iuramentum de veritate dicendo, & est Scrip-
tor præfati D. Silue-
stri Emanuelis de Me-
dina Regij Scribæ.

B

Deponit, dictum Silue-
strum, associatum cum ipso Teste, sub die 13. Octobris 1726. fuisse ad visitandam D. An-
gelam de Ochoa Vi-
duam qu. Jo: Antonii Serrano, Genitoris Pe-
tri Principalis, Mer-
ti proximam, Sanctis-
que Sacramentis inu-
nitam, eumque incæ-
pisse consolari.

Olgado Procuratorem Tribunalis Nuociaturæ, cui præmissa narravit, & subinde dixit, quod attento quia animus dictæ eius Matri erat, superius expressa Ideo clarare, idèo expediret, quod Ego Scriba infrascriputus reciperem eius formalem declarationem; Et quia prædicto Patri Serrano responsum fuit, esse ad hoc necessarium Decretum Iudicis competentis, ille me requisiuit, ut ei tradicerem de ijs authenticum Testimonium pro effectibus, qui de luce locum habeant; Et Ego dedi præf eos testimonium meo solito signo signatum, & propria manu subscriptum die 13. Mensis Octo-bris anni 1726.

In testimonium veritatis = Loco + Signi.
Silvester Emanuel de Medina Scriba Regius.

In Oppido Matriti die 5. Aprilis 1727. prædictis; ad præsentationem Partis Patris Petri Serrano Presbyteri Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis pro probatione, quam exequitur in lite, & Causa ver-ten., de, & super nullitate suæ Professionis contra R. P. Praefectum, & reliquos Religiosos Ven. Conuen-tus, seu Domus Beatæ Mariæ Virginis Assumptionis, nuncupat, in Damaso, huius Oppidi, & eiusdem Ordini, Ego Notarius publicus infrascriptus vigore com-missionis mibi traditæ per Dominum Vicarium Ecclesiasticum Matritensem, recepi iuramentum à Ioanne Emanuel de Posa scriptore Don Siluestri Emanuelis de Medina Scibæ Regii huius Oppidi, qui dictum iuramen-tum præstítit in forma &c. tactis &c. ac dicere verita-tem promisit de omnibus ijs, quæ sciuisset, & esset in-terrogatus, & cum fuisse successore per me Notarium interrogatus iuxta formam, & tenorem articulorum, per dictum Patrem Petrum Serrano in actis product., depositum &c.

Ad Interrogatoria generalia per me Notarium Testi fa-
cta, dixit nequitam subiacere exceptionibus in di-
ctis Interrogatoriis comprehensis, & habere etatem 19.
annorum &c.

Ad secundum, & reliquos articulos dixit, quod super ijs.
teit, & dicere potest, qualiter occasione, quo D. Sil-
vester Emanuel de Medina Scriba Regius, Testis Do-
minus, habebat cognitionem de Donna Angela de Ochoa
Vidua reliqua quondam Joannis Antonii Serrano, & no-
tiuum habuerat istam grauiter infirmasse, & mortui
proximam, fuisse SS. Pænitentiæ, & Eucharistiæ Sa-

cra-

et amantis manitam, accessit una cum Teste sub die 13. Mensis Octobris anni 1726. in illius Domum, eam visitaturus, & ad dictam Domum una secum peruentus, incœpit prædictam Infirmam consolari, dicendo, quod salutem speraret à Domino; Et dicta Domna Angela prædicto Don Emanueli, præsente ipso Teste, respondit, quod pro impenetrando à Diuina Pietate veniam suorum peccatorum, Iesum Christum Sacramentatum iam receperat, & quod subinde de suis pacuis bonis disposuerat, & quod solum ei vii Catholicæ Christianæ Scrupulum renanebat non pandendi nullitatem Professionis in Religione Clericorum Regularium Ministrium Infirmis emissæ per P. Petrum Serrano eius filium; Nam animaduertebat, nunquam posse obtinere à Dco veniam suorum culparum, nisi id exequoreetur anequare obiret; Idcirque pro exonerazione sua conscientia dicere debebat, prout dicta Domna Angela dixit, quod prærelatus eius filius modo residens in Coquenta, seu Domu Beatae Mariæ Virginis Assumptionis huius Oppidi Matriti dicti Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Iosfirmis semper habuit oanimodam repugniam statui regulari, & in illo proficiendi; Et quod eius Genitor allectus oblationibus, & Sponzionibus, quas ei fecerant aliqui Religiosi prædicti Ordinis, & impulsus a tenuitate suorum bonorum, decepit dictum Patrem Serrano eius filium sub varijs pretextibus, adeo ut iste coactus fuit fugere à Dno suorum Genitorum, & fratrum, exponendo propriam vitam periculis itinerū, nam solus adhuc Adolescentulus incessu, & fluante mense Augusto timentis supplicium, quod Genitor minatus ei fuerat, postquam eum inclusus, & acriter punierat, ad finem, ut iuxta suam voluntatem Religiosus omnino fieret; Ex quo evenit, quod dictus P. Petrus Serrano fugiens è Paterna domu, extra eam permanxit per spatium septem, & ultra mensum, exitans huiusmodi modo rigorem contra ipsum à Genitore minatum, & postmodum in Paternam domum non rediit, nisi post acceptam fidem, & sponzionem sui Auunculi D. Ioannis de Ochoa, qui illum compulit Paternos Lares reuerti, sub præsupposito sopiae iam patric voluntatis circa assumptum susceptionis habitus regularis, quæ tamè sponsio, & fides frustata remansit, ex eo quod prædictus Genitor acris insteterat, comminando dicto Patri Petro eius filio electionem à paupere sua Dno, nec non cum terrendo comminatione Tricentum, ut si prædictam Religionem ingredieretur; Nec bis Go-

Sed d. Angelam, præsente ipso Teste, Emanueli respondisse, sibi unum tantum scrupulum, remanere, non pandendi nullitatem Professionis emissæ à Petro eius filio; idcirco pro exoneratione sua conscientia debere declarare, prout declarauit.

C

Petrum Principalem totalem repugniam scilicet habuisse statui Regulari, & in illo proficiendi.

D

Sed Genitorem, sponsiones sibi factas à P. Garzia, illum coegerisse ad statum Religiosum.

E

Principalem aufugisse à Dno Patenna astu ante Augusto, ne cogeretur ad statum Religiosum, postquam fuerat à Genitore acriter punitus, & in Cubiculo inclusus, & sugarum perdurasse olira septem menses.

F

Et non redisse in Dominum Paternam, nisi habita fide, quod amplius non cogeretur ad statum Religiosum.

G

Sed fuisse deceptum, & securius punium, ac ci initiatum, cielio-

aem à Domo, & deten-
zionem in Triremibus,
ni fieret Religiosus.

H

Declarans etiam
fuisse à d. Io: Antonio
Arnis inseguutam,
quia eum remouere
zentabat à sua præten-
sione.

I

Sed dicto Io: Antonio
iniunctum fuisse à pu-
blico Magistratu sub
pænarum commina-
zione, ut à dictis vio-
lentiis omnino se ab-
stineret.

K

Dictumque Io: Anto-
nium Principalis Ge-
nitorem ad effugiendas
dd. pænas filium dece-
pisse, & compulisse
Religionem ingredi in
Oppido Matriti.

L

Principalem post vio-
lenter suscepsum Ha-
bitum, illo se exuere
voluisse, & aufugisse
pluries à Conuentu ob-
auerionē ad statum Re-
ligiosum.

M

Fuisse tamen impedi-
tum à Genitore cum
explosione Sclopi, &
moriis comminatione,
& ob id puerum emi-
sse Professionem.

N

Sed pluries ses pro-
fessa cum Genitrice,
Professionem emisse

nitor contentus, per literat in d. pertinaci suo proposito
quod ut assequeretur, continua suppliciis, & inclusioni-
bus d. filium affligebat, ut in suam Sententiam traheret;
Et quia ipsa Domina Angela Vxor pluriēs prædicto Vi-
ro exposuerat dictum Petrum eorum filium nolle in-
gredi Religionem, neque ipsam, ut Matrem, esse
in hoc assensuram, ob rationem, quod similes status
non coacte, sed spontaneè sunt amplectendi, dictus
eius Vir, arreptis Arnis, curauit suas obiectiones vindic-
are, quas violentias, & minas, ac armorum arre-
ptionem cum ipsa Domina Angela Vxor detulisset pu-
blico Magistratu Oppidi de Tor de Laguna, Don Jo-
seph Bernardus de Quiros tunc Ciuilis illius Oppidi Ju-
dex juridicē edixit dicto Viro, & Genitori respectiue,
se imposterum abstinere à prærelatis violentijs, minis,
& procediminibus contra eius Vxorem, & filios, &
quod si secus ageret, ac in sua duritie persistaret, sci-
ret rigide se plectendum. Quam leuaram prædicti Iu-
dicis animaduersionem, ut dictus Genitor eluderet,
quæsito prætextu inuissendi Regiam, decepit, & vio-
lenter adduxit filium in Oppidum Matriti, ibique per
vim compulit ingredi dictam Religionem Clericorum Re-
gularium Ministrantium Infirmis, celans ea omnia
suæ Vxori, quæ tamen ut orimum illa sciuit, accin-
xit se itineri, animo impediendi susceptionem Regula-
ris status repugnantem voluntati dicti sui filij; At quan-
do Matritum peruenit, reperiit filium iam indutum
dictæ Religionis habitu, quem iste omnino à se repelle-
re, illoque se exuere volebat, eo quod, prout dicebat,
semper recusauerat fieri Religiosum, quam renuentiam
sumendi, & retinendi dictum Regulareum habitum, sa-
pissime declarauit exiendo non semel à Conuentu; quo
ad notitiam Genitoris peruento, intimauit prædicto filio,
quod in casu dimissionis suscepti iam habitus, certè sciret
se vitam quoque dimissurum, explosō in eum Sclopo, &
buiusmodi incassifloris metu coactus, filius Professio-
nem emisit, qui semper ipsi Dominae Angelæ Matri ma-

manifestauit coactis, & per vim Professionem emissis, & per vim, & metum, non animo se obligandi, sed effugiendi iram sui Genitoris, & non animo se obligandi, illamque infringere velle tempore opportunum prò infringenda sua Professione, ut habuitum Regularem dimitteret, & ad sacerdotium rediret;

O

Quæ omnia ipsa Domina Angela declarauit pro exoneratione suæ conscientiæ, & propter Sacrum Eucharisticum

Panem præcitata die consumptum, ut casu quo dictus eius filius tentaret iustificare nullitatem suæ Professionis coactæ, & per vim emissæ in dicto Ordine, constaret, quod

dicitur Angelæ animus semper fuerat præmissa declarare, & quod licet prædictus eius filius, viuente Genitore, Ordinem Sacrum recuperat, hoc euenerat ob metum a Genitore ei incussum, & quia tunc temporis ignorabat an talis Ordinis suscepitio posset esse sibi præjudicialis;

Et hoc interim ingressus in Cubiculum, ubi dicta Dominæ Angela jacebat infirma, prædictus P. Petrus Serrano, & habita de prærelatis notitia, exiit in Aulam unam cum dicto Domino Silvestro Emanuele de Medina Scriba Regio, & ad Ianuam vocavit Dominum Antonium Olgado Procuratorem Tribunalis Nunciature,

cui præmissa narravit, & subinde dixit, quod attento quia animus dictæ Dominiæ Angelæ suæ Matris erat superius expressa juridicè declarare, ideo expediret, quod prædictus Regius Scriba recipere formalem dictæ Dominiæ Angelæ declarationem; Et quia predicto Patri Serrano responsum fuit per dictum Don Antonium, esse ad hoc necessarium decretum Iudicis competentis,

Et dictam Angelam, T
prædicta declarasse
pro suæ conscientiæ
exoneratione.

P

Et ut constaret, eam
numquam assentisse d.
professioni meticuloſa
eius filij.

Q

Dictumque filium ob
metum Genitoris, &
eo viuente, recepisse
Ordinem Subdiaconu-

tus.

R

Tessis deponit, Princi-
palem ingressum in
Cubiculum tempore,
quo Genitrix prædicta
declarauerat, rogas-
se d. de Medina Re-
gium Scribam, ut de
dicta declaratione pu-
blicum conficeret in-
strumentum, prout
fuit confectum (& da-
rum supra num. ante-
ced.) prælente ipso To-
sie.

Num. 9. & 10.

idcirco prædictus Pater Serrano dixit prædicto Domino Emanueli Scriba Regio, ut ei traderet authenticum testimonium de omnibus his, quæ dicta Domina Angela eius Mater illi retulerat, quod prædictus Scriba promptè executus fuit; Et hæc omnia Testis seit, & dicere potest, quia illis præsens astitit, & ea omnia audiuit prolatæ ex ore prædictæ D. Angelæ de Ochoa Genitricis dicti P. Petri Serrano; & Testis asseruit ea omnia fuisse, & esse vera, & quod est publicum, & notorium, publica vox, & fama, & communis opinio, quia adsit aliquid in contrarium, eaque confirmavit, & ratificauit in vim juramenti præstiti, ac propria manu, & charactere subscriptis una tecum Notario publico infrascripto, qui de præmissis fidem facio.

Ioannes Emanuel de Posse.

Coram me Vincentio Garcia Not.

Num. 10.

V. Testis.

D. Lucia Martinez
Comissa de la Cadena
annorum 45. formiter
examinata in hac Cau-
sa die 5. Aprilis 1727.
vt in Traduct. fol. 95.

In Oppido Matriti die 5. mensis Aprilis anni 1727. ad præsentationem Partis P. Petri Serrano &c. Ego Notarius publicus infrascriptus vigore commissionis mihi traditæ per Dominum Vicarium Ecclesiasticum Matri-
tensem, recepi juramentum à Domina D. Lucia Marti-
nez Vidua relicta quondam Don Bartholomæ Flon Mo-
ral Covitis de la Cadena, quæ dictum juramentum
præstít in forma &c. tactis &c.

Ad Interrogatoria generalia &c. ipsi Testi facta, dixit,
non subiacere exceptionibꝫ &c., & habere ætatem
45. annorum circiter &c.

Ad secundum articulum dixit, quod à sex annis cognoscit de visu, & communicatione P. Petru Serrano,
& hac de causa frequenter tractauit cum Domina An-
gela de Ochoa Matre dicti P. Petri, & cum Domina
Emanuela Serrano illius Sorore, & cum pluribus alijs
Personis, de quibus modo non recordatur, & ab om-
nibus illis varijs vicibus audiuit id ipsum, quod refe-
runtur in præsenti articulo; Et Testis addit audiuisse
dicta Domina Angela de Ochoa antequam obiret repe-

titas violentias, quas eius Maritus fecerat dicto P. Pe-
tro Serrano, ut ingredetur in Religionem, & pariter

dicta Domini Angeli Testi expressit multas discordias
ortas inter ipsam, & eius Virum super, & eo quod
dicta Domina Angela repugnabit, quod dictus P. Pe-
trus

B

Ac super innumeris
discordijs hac de re ha-
bitis inter d. Io. Anto-

trus eorum filius intraret in Religionem contra suam voluntatem; Et quod p̄eruerat casus, quia dicta D. Angela fecerat quasdam diligentias, ne dictus filius Religionem ingrederetur, ut dictus eius Vir temerariē arrepto pugione, inseguetus eam fuerit, & aliis occasiōnibus eam castigauerit, & dictum filium recluserit, faciendo eidē infinitas minas, ad finem ut indulgeret sua intentioni; & tām ista supra deposita, quām reliqua in hoc articulo expressa, varijs vicibus Testis audiuit tam a dicta Don Angela Matre, quām a dicta D. Emanuela Sorore respectiū dīcti P. Petri Serrano, & ab istomet, qui magno animi sui dolore, & mærore, pluriē exp̄ressū totalem eius repugnantiam, & violentiam, cum qua reperiebatur in Religione, dicendo, quod Deus auertevet suum Genitorem punire ex eo quod fecerat per vim sibi eligere statum tām notoriē contra suam volūtatem, & Testis habet pro certo, & ab-
sque vlo prorsū dubio, quod istud sit evidens respe-
ctu quod statim, vt incepit tractare cum dicto Patre Petro, & cum dicta eius Matre, & Sorore, audiuit ab illis ea omnia, quæ depositū, & plura alia ad hunc finem conducentia, & itā respondit.

Ad tertium articulum dixit, quod etiam audiuit à Matre dicti D. Petri Serrano plurib⁹ vicibus id ipsum, quod in hoc articulo continetur, faciendo easdem exp̄ressiones, quæ in articulo referuntur quoad suasiones, violentias, asperas tractationes verbis, & factis, inclusiones, & minas, ut dictas P. Petrus fieret Religiosus, vel ad Triremes transmittetur, & quoad ingentem timorem, & metum, quos ex iis dictis P. Petrus conceperat, mediante eius tenera aetate, & magna pusillanimitate, & spiritus modicitate, ob quas rationes motus fuerat ad indulgendū instantiis sui Genitoris, licet id euenerat modicitatem, coactus cum magna repugnantia dictę D. Angelę Matris, & prae-
dicti P. Petri eius filii &c.

Ad quartum articulum dixit, quod ex eisdem rationibus ingredi Religionem.

expressis in articulis praecedentibus, & ex frequentibus tractationibus, quas Testis habuit cum dicta Domina Angela Matre predicti Religiosi, tām ab illa, quām ab isto audiuit à quinque, & ultra annis antequām p̄ensis his inciperet, prout Testi videtur, ea omnia, quæ in hoc articulo exprimuntur cum iisdem vocibus ibi relatis quoad minas à Genitore illatas contra eius Vxo-rem, & velle illas ponere in executionem cum Pugione; Et quod nisi vicini accurrisserent adrumorem, & se inter-

nium Genitorem, & Angelam de Ochoa Matrem Principalis, præfertim de pugione arrepto à Viro, causa quæ fuit eam inseguētus, & de castigatio-
nibus alijs ei datis.

Exprimit magnum Petri dolorem, eiusque totalem repugnantiam statui Regulari, ab eodem Petru Testi enarratam.

D

Et de eodem auditu deponit super alijs vio-
lentiis, asperis tracta-
tionibus verbis, & fa-
ctis, inclusionibus, &
minis à dicto Genitore
Petro expletis, ob quas,
ob illius teneram
aetatem, ac spiritus
indulgendū instantiis sui Genitoris, licet id euenerat modicitatem, coactus
cum magna repugnantia dictę D. Angelę Matris, & prae-
dicti P. Petri eius filii &c.

E

Iterum deponit de dictis minis, & violentiis à Genitore factis Princi-
pali, ac super pugione
arrepto contrà Vxo-
rem, quam etiam ne-
cesset, nisi Vicini accur-
rissent.

Fratrum nunc
Principalis, ne cogere-
tur, ingredi Religio-
nem, & ad exitandas
maiores violentias Ge-
nitoris, se proiecit per
fenestram, & fugit in
Ciuitatem Complutens-
em, ubi se occultauit
spatio nouem circiter
mensium, sed a Patruo
postmodum fuit ad Pa-
ternam Domum dolo-
se reductus.

G**H****I****K****L**

Deponit, quod Prin-
cipalis semper reputa-
uit suam Professionem
nullam, sed ne ipse
Iudicium super illius
nullitate prosequere-
tur, obtenta iam
Epistola S. Congrega-

posuissent, attenta ira dicti Viri, cum qua stabat, id
exequitur fuisse; Et etiam ab illis audiuit cum eadmet
expressione, quod Pater Serrano se proiecerat per fe-
nestram, & fugerat in Ciuitatem Complutensem, ibi
se occultando per spatium octo, vel nouem mensium,
donec, & quoisque unus eius Patruus consecutus est
cum suasionibus illum reducere ad Domum Paternam;
Et haec omnia Testis scit tam ob notorietatem, quæ de his
currit, quam ex eo quia forma prædicta ea audiuit à
prænominatis personis, & ita respondit.

Ad quintum articulum dixit, quod eadmet forma, qua
audiuit præcedentia, etiam cum iisdem vocibus audi-
uit quidquid articulatur in præsenti articulo à dictis P.
Serrano, eius Sorore, & Matre respectuè, & etiam à
Fratre Ioanne Serrano Religioso Ordinis Carmelita-
rum Calceatorum, & ita respondit.

Ad sextum articulum dixit, quod ab ipso instanti, quo tra-
ctare incepit cum dicto P. Serrano, & cum dictis eius
Matre, & Sorore, ab illis audiuit totum id, quod in
articulo refertur, dum semper, & quando ibant ad vi-
sitandum ipsam Testem, & pluribus aliis vicibus, qui-
bus illos hospitauit in propria Domu, omnes, vel ma-
ior pars suarum conuersationum reducebant ad supra
deposita, & ad ea, quæ in hoc articulo exprimuntur,
ob quam rationem aliquando mandabat, quod illi de
illis alloqui cessarent, quia non erat locus de aliis rebus
confabulari, & ita respondit.

Ad septimum articulum dixit, scire omnia in præsenti ar-
ticulo expressa, prout reliqua in præcedentibus articu-
lis deposita, & ob easdem rationes superius expressas,
& ita respondit.

Ad octauum, & nonum articulos dixit, quod cum eisdem
terminis, & vocibus in hoc articulo relatis ea audi-
uit à Personis supranominatis, & à pluribus aliis, de
quarum nominibus modò non recordatur, & ita re-
spondit.

Ad decimum articulum dixit, quod dictus D. Comes de
la Cadena olim Vir ipsius Testis eidem pluribus vici-
bus significauit, qualiter P. Petrus Serrano illi manife-
stauerat habere firmum, & resolutum animum exeu-
di à Religione, obtento ad hoc Breue Apostolico, &
statim mouere hanc litem super nullitate suæ Professio-
nis, nam semper eam reputauerat esse nullam; Et quod
dictus D. Comes posuerat omnia media possibilia, ad si-
nem redendi suatum dictum P. Serrano, ne exquireretur
huius-

huiusmodi resolutionem, sed videndo eum omnimodè resolutum, potuit solum cosequi, quod hanc litem non moueret anno 1725., animo illum creandi intrà dictum annum Prædicatorem Regium, ad quem finem peregerat exquisitas diligentias; & Testis non dubitat, quod si dictus Comes non obiusset, consequutus id fuisset, qui etiam Testi exprimebat timorem, quem habebat, nempè quod si moriretur priusquam coäsequeretur dictam gratiam Regii Prædicatoris, debebat dictus P. Serrano introducere litem nullitatis suæ Professionis iuxta exterioritates, quas manifestabat *quoad violentiam*, cum qua manebat in Religione, quæ omnia Testis scit ob rationes Imperiùs depositas, & ita respondit.

Ad undecimum articulum dixit, audiuisse à dicto Patre

Serrano, quod ipse ab anno 1721., & aliquibus annis antea non ratificauerat Vota Professionis, nec cætera cum voluntate, & animo permanendi in Religione, & quoad absentiam, quam dictus P. Serrano fecit de tempore obitus eius Genitoris, & quoad eius infirmitatem, statim ut Matritum rediit, ea etiam scit ob frequentiam illius tractationis, in qua expressit, quod internè non sentiebat mortem sui Genitoris; nam modò poterat cum plena libertate, & absque suo detimento ponere hanc litem nullitatis propriæ Professionis, quam prius non fuerat exequuntus, viuente Genitore, ob ingentem metum, O timorem, quos de illo, O de eius minis habebat &c.

Ad duodecimum articulum dixit, Testi evindenter consta-

re, quod dictus Pater Petrus Serrano die festo Beatæ Mariæ Virginis Conceptionis anni 1722. reperiebatur valde infirmus, & quod sic permansit per totum quasi mensem Decembris, in qua infirmitate tam Testis, quam dictus Comes eius Vir præbuerunt illi aliquam assistentiam; Et etiam Testi constat, quod diebus festivitatis Sanctissimæ Conceptionis annorum subsequentiū 1723., & 1724. prædictus P. Petrus Serrano mansit extrà Matritum, prædicando in loco de Fuencarral, ad quem de mandato dicti Comitis de sero dictorū dierum consensi in Curru iuerunt: Testis cum sua familia, & Soror dicti P. Serrano; Et eodem die festo Beatæ Mariæ Virginis Conceptionis anni 1725. prædictus P. Petrus Serrano reperiebatur in Domu ipsius Testis, ubi mansit à die secunda usque ad duodecimam mensis

tionis, D. Comes de la Cadena Maritus ipsius Testis, procurauerat de anno 1725. illum creare Regium Prædicatorem.

M

Deponit, quod Princeps fuit cum ea professus, non ratificasse Vota.

N

Et in obitu Genitoris non habuisse merorem, ex quo poterat obtinere declaratoriam super nullitate suæ professionis, quod prius facere non poterat ob minas, O metum Genitoris.

O

Anno 1722. iacuisse in leto valde infirmum,

P

Anno 1723. & 1724. prædicasse extra Matritum, O sic absensem à Conuentu.

Q

Et in festo Conceptionis B.M.V. anni 1725.

De-

interfuisse nō cuennario
D. Comitis de la Cade-
na olim Viri ipsius Te-
sis.

R

*Et quia Testis autē di-
stum festum an. 1726.
ei dixerat, quod ratifi-
care debebat sua Vota
quam primūm, Prin-
cipalis respondit, quod
actui interesset pro ex-
plenda exterioritate,
& diceret, quod Vota
ratificaret eademmet
forma, qua in sua Pro-
fessione fecerat, quia
cum fuerat ista nulla,
erant per consequens
etiam nulli dicti actus
ratificationis, utē non
facti cum animo ma-
nendi in Religione: Et
ita fuit exequutus, &
in num. 6. liti. BB. &
num. 18. liti. C.*

S

*Principalis multò ante
suum ingressum in Reli-
gionem afficiebatur pe-
ctoris morbo, originem
habente ex eius allapsu
ab Equo, dicoque mor-
bo, à Medicis decla-
rato pro incurabili,
etiam laborat de pra-
senti.*

Decembris eiusdem anni, assistendo Nouennario dicti Comitis defuncti, præcedentibus ad hoc licentiis reportatis à suis Superioribus; quā de causa non potuit ire ad prædicandum in locum de Vicalbarro, & Sacram Concionem commendauit R.P. Guetto; Et quoad concurrentiam dicti Patris Petri Serrano ad ratificationem Votorum die Sanctissimæ Conceptionis anni proximi præteriti 1726., Testis habet pro certo, quod, casu, quo ille assisterit, fuerit cum totali eius repugnatio, & inuoluntarietate, & ad solum finem explendi ceremoniam, quod qualificatur ex eo, quia ante dictum diem festum Beatæ Mariæ Virginis Conceptionis Testis dixerat Patri Serrano = *Quam primūm veniet tempus, in quo Vestra Reverentia ratificet Vota suæ Professionis* = Et ille respondit = *Certum est, quod repe-
rier in illo actu, sed solum illum faciam pro explenda ex-
terioritate, & ulterius addidit, quod tam in dicto actu,* quām in cæteris, in quibus concurrerat tam publicè, quām secretò dixerat, & dicet quod vota ratificabat ea-
demmet forma, *qua in sua Professione fecerat, quia cum fue-
rit ista nulla, erant per consequens etiam nulli dicti actus* ratificationis, *quos nunquam direxerat, neque indirexerat se-
cerat cum intentione effendi talem Professum, nec perma-
nendi in dicta Religione;* Et hæc omnia Testis scit ob-
rationes, quas deposituit, & ita respondit.

Ad decimum tertium articulum dixit audiuisse totum id, quod in præsenti articulo continetur eadmet formæ, quæ audivit ea, quæ in præcedentibus articulis depo-
suit, & de his omnibus scientiam habere; Et quoad ra-
tificationem Votorum nec tacitè, nec expresse se re-
mittit ad id, quod deposituit in præcedenti articulo, &
ita respondit.

Ad decimum quartum articulum dixit, quod statim vt Te-
sis int̄cepit tractare cum dicto P. Serrano, & eius Ma-
tre, ac Sorore, ab ipsis sciuit, quod dictus P. Petrus
multo tempore antē suum ingressum in Religionem;
afficiebatur pectoris infirmitate, quæ originem habue-
rat, & prouenerat ex eo, quia dictus P. Petrus cum
effet adhuc Puer, consensus in Equum, ex illo præceps
ruit, ex quo lapsu male affectus remanserat, & etiam
Testi euidenter constat, quod dictus P. Petrus semper
hoc morbo laborauit, & quod Medici declararunt eum
esse incurabilem; Et recordatur audiuisse à Matre dicti

Re-

Num. 10. & 11.

Religiosi, quod statim ut eius Vir transportauit dolo
malo dictum filium ad Matritum, prædicta Mater iter
suscepit in sui sequelam, & cum desiderio, quod non
assumeret Regularem habitum, videndo omnimodam
repugnantiam, & renuentiam, quam semper filius ha-
buerat statui Religioso; Et quod cum peruenisset ad Principali semper ha-
Conventum Clericorum Regularium Ministrantium
Infirmis, vulgo Agonizantium, opinando, quod eius
filium habitu non induisset, reperiit eum iam indutum,
quo viso, tota intremuit, & expressit, quod si non vi-
disset filium dicto habitu vestitum, & timor, quem de
Viro magnoperè habebat, eam non cohibuisset, volebat
filius secum ferre, & ab illo loco rapire, dum dictus
eius Vir contra omnium voluntatem commiserat simi-
lem excessum, cogendo dictum suum filium cum minis,
& violentiis, ut susciperet Regularem statum; Et etiam
ipsa Mater Testi expressit, quod illa occasione præsens
aderat Pater Ioannes Garcia, qui potuit amaritudinem
illius temperare, faciendo eidem, & dicto eius filio
plures oblationes, & sponsiones, promittendo, quod
semper esset eorum Protector, & Patronus, se ponen-
do in locum Patris, ex quibus, aliisque expressionibus
urbanis tunc temporis sibi factis, pacata pro tunc re-
manserat &c.

Ad decimum quintum articulum dixit, quod omnia ea,
quæ deposita sunt vera, quin adsit aliquid in contra-
rium, & quod est publicum, & notorium, publica
vox, & fama, & communis opinio, & quod ea in om-
nibus, & per omnia confirmavit, & approbavit in vim
iuramenti præstiti &c.

Domna Lucia Martinez.

Coram me Vincentio Garcia Notario.

In dicto Oppido de Torre Laguna die (8. Maii 1726.)
prædictis fidem facio, & certifico ego Notarius Apo-
stolicus infrascriptus, me alloquutum fuisse cum Jose-
pha Vermexo illius Incola, quæ inter alias res mihi dixit,
qualiter occasione, qua ipsa habitabat in vicinitate Do-
minus Ioannis Genitoris P. Petri Serrano, audiuit à dicto
Ioanne pluribus vicibus dicere, quod volebat per vim di-
ctum eius filium studere, & esse Religiosum; & quod ca-
su, quo non vellet voluntariè studere ad finem, ne fieret
Religiosus, cum verberibus castigaret, prout aliquibus vi-
cibus id excusatus fuit. Et dicta Josepha Vermexo af-
seruit habere ætatem 23. annorum, & esse vera, quæ

V

Iterum deponit, quod
buit omnimodam repu-
gnantiam, & renuen-
tiam statui Religioso,
quodque illius Mater,
quæ magnum timorem
babebat de eius Viro,
infortunium lugebat
Principalis, ei causa-
tum ex violentiis Ge-
nitoris.

X

Sed eam consolabatur
P. Io. Garcia, qui il-
lius Virum sollicitaue-
rat, ut duceret Princi-
palem ad suscipiendum
Habitum in suo Con-
ventu.

Y

Deponit, prædicta
omnia esse vera, publi-
ca, & notoria.

Num. 11.

VI. Testis.

D. Josepha Vermexo,
quæ deponit super con-
tinuatis punitionibus à
Cenitore inflictis Prin-
cipali, ex quo volebat,
quod per vim studeret,
ut fieret Religiosus;
quod tamen idem Prin-
cipalis facere non in-
tendebat, ne cogi posset
ad statum Religiosum,
et num. seq. lit. C.

retu-

retulit &c. prout fidem facio &c.

Coram me Emanuele del Rey Not. Apostolico.

A

Eadem Iosepha Bermexo formiter examinata die 14. Maii 1727. ut in Traduct. fol. 144.

In Oppido de Torre Laguna die (14. Maii 1727.) coram &c. Curato P. E. praedicti Oppidi, & Iudice in hisce actis vigore commissionis &c. comparuit lo: Emmanuel de Posa nomine P. Petri Serrano &c. & &c. presentavit in Testem Iosepham Bermexo Vxorem Francisci Ramos Incolam praedicti Oppidi, à qua Teste D. S. recepit coram me &c. iuramentum &c. tactis &c. Et comfuisset successiuè per dictum D. Iudicem interrogatus &c. depositus &c.

B

Deponit de discordiis exortis inter Genitores Principalis, ob flagellationes eidem inflatas à Genitore, ut fieret Religiosus.

Ad primum articulum dixit, quod ipsa Testis &c. ab aliis quibus hinc annis &c. cohabitauit in vicinate Domus &c. Ioannis Antonii Serrano.

Ad secundum articulum dixit &c. quod occasione, qua Testis iuit ob quandam diligentiam in Dominum quond. Ioannis Antonii Serrano, audiebat, qualiter inter Virum, & Vxorem ortæ erant discordiæ; quamobrem iisdem dixit. Quid est hoc? Vbi sunt Pueri, nunquam defant dissidentias: Et Mater dicti Petri Serrano Testi respondit: Quid tibi videtur esse? Homo iste plurimum flagellas Puerum, quia vult fieri per vim Religiosum, & Puer habet in hec repugnantiam.

C

Et de publico auditu super omnimoda, & continua repugnantia Petri ad statum Religiosum.

Et postmodum Testis scivit, quod dictus Genitor adduxerat dictum Petrum filium in Oppidum Matrii, & fecerat eum ingredi Religionem, ac audiuit publicè dicere, quod animus dicti filii nunquam fuerat essendi talen Religiosum &c.

Ad decimumquintum articulum dixit, id totum, quod Testis depositus esse publicum, & notorium, publicam vocem, & famam, & esse veritatem; & id totum in vim iuramenti praestiti confirmauit, ac ratificauit, & non subscriptis, quia dixit scribere nescire &c.

Licentiatu D. Hieronymus Lopez Riaza.

Coram me Francisco Gonzalez Iague Notario.

Num. 12.

VII. Testis.

D. Emanuel de la Peña ann. 43. examinatus die 14. Maii 1727 & fait Magister Grammaticæ D. Petri Principalis. Ex Traduct. fol. 142.

In Oppido de Torre Laguna die 14. Maii 1727. & coram D. Licentiato D. Hieronymo Lopez Riaze Curato P. E. praedicti Oppidi, & Iudice in hisce actis vigore commissionis sibi traditæ, comparuit &c. nomine P. Petri Serrano &c. & pro probatione &c. presentavit in Testem D. Emanuelem de la Peña Incolam, & Grammaticæ Preceptorum eiusdem Oppidi, à quo Teste D. S. recepit coram me Notario &c. iuramentum &c. tactis &c. Interrogatus iuxta formam &c. articulorum &c.

depo-

depositus &c. videlicet &c. habere aetatem 43. annorum
circiter &c.

Ad secundum, & reliquos articulos &c. Testi lect. , dixit,
posse quoad omnia contenta in praerelatis articulis so-
lum dicere , quod cum reperiretur in hoc Oppido de
Torre Laguna *Ioannes Antonius Serrano exerceens Scho-
lam pro primis rudimentis Puerorum , commendauit*
ipsi Testi , uti Praeceptor , vt Grammaticam doceret

*Petrum Serrano eius filium , per quem modò præsen-
tatur ; & cum promisisset Testis id facere , incœpit di-*

*ctum Petrum edocere , & in isto expertus fuit , quod
parùm studiis incumbebat , & sèpè Scholam vitabat ,
declinans in partes , quin eius Genitores aliquoties id
sciuisserent ; qnamobrèm Testis curabat minis , & casti-
gationibus dictum Petrum corrigeret , quibus per eius
Matrem visis , accessit ad Testem , eique dixit , vt indul-
geret prædicto suo filio , & illum nimis non mortifica-
ret ; nam cognoscet eum amore non prosequi studia :
sed Testis non recordatur , vtrum ei nec ne dixerit ,
quod eius Genitor volebat , vt fieret per vim Religio-
sus , sed bene recordatur , & euidenter scit , quod dictus
Genitor illum castigabat , & sollicitabat , quod Testis
idem faceret , dicendo , quod erat malæ indolis , vulgo vn-
Picaro , & quod nolebat esse Religiosus . Et postmodum*

*Testis sciuit , quod dictus Petrus Serrano ingressus fue-
rat in Religionem Clericorum Regularium Ministran-
tium Infirmis : & etiam audiuit publicè dicere &c. quod
dictus P. Petrus intrauerat in Religionem contrà suum
animum , & voluntatem &c.*

Ad decimumquintum articulum dixit , ea omnia per Te-
stem &c. deposita &c. fuisse , & esse vera , & quod id est
publicum , & notorium , publica vox , & fama &c.

Licentiatus D. Hieronymus Lopez Riaza .

Emanuel de la Peña .

Coram me Francisco Gonzalez Iague Notario.

A

*Deponit , quod Ioannes
Antonius Serrano Pa-
ter Principalis exer-
cebat Scholam pro pri-
mis rudimentis Pue-
rorum in Oppido Tur-
ris Laguna , & roga-
uit ipsum Testem , ut
Grammaticam doce-
ret dictum Petrum .*

B

*Qui tamen parùm Sta-
diis incumbebat , & se-
pè vitabat Scholam , nè
fieret Religiosus , ut in-
frat lit. C. & num. seq.*

C

*Quodque dictus Ioan-
nes Antonius castiga-
bat filium , & solici-
tabat , quod Testis idem
faceret , dicendo , quod
erat malæ indolis , vul-
go vn Picaro , & quod
nolebat esse Religiosus .*

D

*Deponit de publico au-
ditu , quod dictus Pe-
trus intravit subinde
in Religionem contrà
suum animum , & vo-
luntatem .*

Num. 13.

VIII. Testis.

*Andreas Lopez Arias
annorum 37. formiter
examinatus die 14.*

Maii 1727.

Ex Traduct. fol. 146.

A

Deponit, quod cum ipse, tanquam famulus Tabellarii Turris de Laguna, asportaret Epistolas Matritum, cum eo se associavit Io: Antonius Serrano, qui consendere fecit in Mulam, quam Testis equitabat Petrum eius filium, valde postea tristem.

B

Quodque Petrus, ut audiuit, quod duebatur ad Religionem, descendit à Mula, & dixit Genitori, ut se non defatigaret, dum ipse nolebat esse Religiosus; sed apprehensus postea à Genitore, violenter illum posuit in suam Mulam, dicens: Ego duco te, non ut fias Religiosus, sed ad inuisendum Aulam Regiam; & continua- tum fuit iter.

Concordat cum aliis Testibus, de quib. sup. n. 5. lit. S. n. 6. lit. L.

C

*Et deposita iterum iu-
ramento confirmat.*

In Oppido de Tor de Laguna die 14. Maii 1727. coram D. Licentiatu D. Hieronymo Lopez Riaza &c. Iudice &c. Subdelegato &c. comparuit Iohannes Emanuel de Posa nomine P. Petri Serrano &c. & &c. praesentauit in Testem Andream Lopez Arias Agricultorem, & Incolam predicti Oppidi, à quo Teste D. S. recepit iuramentum coram me Notario &c. tacitis &c. & &c. interrogatus iuxta &c. tenorem articulorum &c. dicti P. Petri Serrano &c. depositus, prout infrà &c.

Ad secundum, & reliquos articulos Testi lectos, dixit &c. quod cum ipse Testis esset famulus Emanuelis Garcia Tabellarii in hoc Oppido de Tor de Laguna, & asportaret de istius mandato epistolas Matritum, accinxit se itineri quodam die Martis, de cuius Mense bene non recordatur, sed ei videtur, quod id euenerit ab 11., vel 12. hinc annis, insimul, & in societate Iohannis Antonii Serrano, & P. Petri Serrano sui filii, qui etiam tum pergebant Matritum, nempè dictus Iohannes Antonius Genitor consensus in unam Mulam, & dictus Petrus filius in aliam Mulam, quam Testis equitabat, & quin dictus Iohannes Antonius manifestasset, ad quem finem Matritum ibat, & dictum suum filium adducebat, Testis vidi, quod statim, ut iste transiit per Cauponam Loci de Villanova, contristatus est valde, quod Testis obseruauit, licet motuum contristationis huiusmodi sci- scitus non fuit. Et quod peruentus praedictus filius ad Pratum nuncupat, de Hortaleze, descendit à Mula, in qua cum Teste equitabat, & dicto Iohanni Antonio Serrano suo Genitori dixit: Domine, ne defatigeris, quia per vim nihil boni fit: ego nolo esse Religiosus: Et cum dictus Petrus filius tentasset terga vertere Patriam versus, iterque iam arripuisse, praedictus Iohannes Antonius istius Genitor à sua Mula descendit, filiumque apprehendit, posuitque violenter ante ipsum, supra Mulam, quam equitabat, ac praedicto filio dixit: Ego duco te non ut fias Religiosus, sed attento quod hic reperimur, pergamus Matritum ad inuisendum Regiam Aulam; Et cum effectu iter insimul continuarunt, donec Matritum peruenire, ac ibidem sciuneti, varias per stationes abidere, & transactis indè aliquibus diebus, Testis vidi prærelatum Genitorem in hoc Oppidum redeuntem quin secum duceret dictum Petrum eius filium. &c.

Ad decimumquintum articulum dixit, id totum, quod Testis depositus &c. esse veritatem &c. & &c. in vim iu-

iuramenti praestiti confirmauit &c.

Licentiatus D. Hieronymus Lopez Riaza.

Coram me Francisco Gonzalez Iague Notario.

In Villa de Chillaron del Rey Conchen Diocesis die 30.
mensis Octobris anni 1721. comparuit coram me Notario
publico infrascripto Pater Petrus Serrano Ordinis Cleri-
corum Regularium Ministrantium Infirmis, residens in
dicta Villa fil. quondam Ioannis Antonij Serrano, &
Angelæ Ochoa Coniugum dictæ Villæ Incolarum, &
me Notarium requisivit, ut ratione mei publici officij ad
perpetuam examinarem Augustinam Gil Vxorem Fran-
cisci Xantos, Mariam Thomizo Vxorem Victorianu Perez,
& Angelam Romero Vxorem Gregorij Casafano,
Incolas omnes eiusdem Oppidi, extendendo clarè, &
separatim earum depositiones, & quæcumque dixerint
quoad violentias exercitas per dictum Ioannem Antonium
Serrano eius Patrem, ut ingredereetur in Religionem;
Quapropter annuendo instantiis dicti Patris Petri Ser-
rano mibi factis, personaliter me contuli sub hodierna
die in Domum, in qua inhabitat Victorianus Perez,
ibidemque repertis prærelatis Viris, & Vxoribus, ac
præcedente licentia per quemlibet Virum eius Vxori
respectuè concessa, prout fidem facio, quælibet præ-
dictarum Mulierum praestitit coram me iuramentum in
forma &c. talis &c. ac promisit veritatem deponere
super prædictis violentiis, quarum depositiones sunt
tenoris sequentis videlicet.

Primo dicta Augustina Gil tanquam senior dixit, & decla-
ravit, quod occasione, qua ipsa Testis inhabitat in vi-
cinitate Domus inhabitata per dd. Ioannem Antonium
Serrano, & Angelam Ochoa Coniuges, pluribus, & di-
uersis vicibus confabulari consuevit, atque ire ad se cale-
faciendum Solis radiis, nunc in unam, & modò in al-
teram partem, & in multis occasionibus, quas habuit
cum dicta Angela Ochoa antequam dictus Ioannes An-
tonius eius Vir obiret, audiuimus repetitis vicibus, quod
dicta Angela exprobabat malam naturam, superbam,
& feram prædicti Ioannis Antonii eius Viri, significan-
do, quod inter ipsos Coniuges diuersa Curarum, &
merorum moles interuenerat, durante eorum ma-
trimonio, & signanter ob violentias, & malas tracta-
tiones, & castigationes, quas dictus Vir exercuerat con-
tra unum de duabus suis filiis nuncupatum Petrum, dum

Tres alii Testes sub die
30. Octobris 1721. ad
perpetuam, sub die ve-
rdi 11. Junii 1727. for-
miter examinati ad in-
stantiam Petri Princi-
pis.

Ex Traduct. fol. 31.

A

Primus Testis:

D. Augustina Gil an-
norum 50, quæ postea
sub die 11. Junii 1727.
formiter examinata,
hanc suam depositio-
nem in omnibus ratifi-
cauit, ut in Tradunct.
fol. 16.1.

B

Deponit, quod Genitor
Principalis erat mala,
superba, & feræ na-
tura.

C

Quod quamvis Princi-
palis, adhuc puer, sem-
per ei responderit: No-

lo esse Religiosus, nec Deus me vocat per hanc viam; *Genitor nihilominus violentiis, minis, & suppliciis cum adegit ad statum Religiosum.*

D

E
Ob quod Angela Mater timebat de aeterna salute Principalis, atenta illius summa auersione ad statum Religiosum.

F

II. & III. Testis

DD. Maria Tomizo, annorum 38., & Angela Romero ann. 21. id ipsum deponentes, quæ postea formiter, & scilicet examinata die 11. Junii 1727. hanc depositionem in omnibus ratificarunt, ut in Traduct. fol. 161. & fol. 162. à t.

G

Deponit insuper, quod Principalis statim post obitum Genitoris declarauit, probare velle nullitatem suæ Professionis, quodq; Iudicium illicè non introducebat ob causam bñc relatā à dd. Testibus, auditam à Matre Principalis, & ab eo ratificatam, ut infra litt. K.

H

fecerat hunc ingredi per vim in Religionem, non obstante, quod dictus Petrus adhuc puer dixisset dicto eius Genitori, nolo esse Religiosum, nec Deus me vocat per hanc viam, & non obstante quod dicta Angela etiam significasset prædicto Ioanni Viro id sibi neutiquam placere, dum iis non obstantibus procedebat contrà dictum Petrum suum filium ad castigationes, & contrà ipsam Angelam ad minas, & tandem fecerat quidquid illi placuerat contrà voluntatem dicti sui filii, & ipsius Angelam; Quapropter etiam remanebant de eo tempore displices in Domo. Et quod magis ipsam Angelam cruciabat, eras displices, & violentia, cum quibus dictus Petrus filius permanebat in Religione, nam timebat de eius aeterna salute, & quotiescumque ipsa Angela suspirando, id narrabat, ipsa Testis super hoc assumpto illam consolabatur, & quoad hanc materiam nihil aliud scit praeter superioris deposita, & declarata.

Post hæc, quià tempore supradicti examinis erant ibi presentes *Maria Thomizo, & Angela Romero, istæ statim responderunt: Audiuimus præcedentem depositiōnem factam ab Augustina Gil, & dicimus, & declaramus, quod nos cum reperiremur, ut vicinæ, pluribus vicibus associatæ, & aliquoties solæ cum dicta Angela Ochoa, ab hac etiam audiuimus ea omnia, & que dicta Augustina deposituit, & nostro mediante iuramento id affirmamus; Et subinde dicta Maria Thomizo addidit, dicendo, quod dicere audiuit à dicta Angela Ochoa statim ut dictus Joannes Antonius eius Vir obierat qualiter Pater Petrus Serrano eius filius post redditum ad Oppidum Marrati, debebat illicè scribere ad Romanam Curiam, petendo beneplacitum Apostolicum ut posset à Religione exire, & etiam retento habitu extrà Clastra pernoctare in Materna Domo ad effetum alendi eam; Et quod si similem gratiam dictus Pater Serrano obtinuisse, habebat in animo probare nullitatem suæ Professionis, dum sic poterat quietè litem mouere, & absque metu, quo agebatur intus Religionem; Et quod si dictus Pater Serrano non reportasset favorabilem Sententiam in dicta lite, volebat ipsa Angela illius Mater personaliter Romanum petere, & Papam declarare, quod dictus eius filius non erat Reli-*

gio.

giosus, nam habitum Regularem susceperebat, & Professionem emiserat contrà propriam ipsius Angelæ, & contrà dicti eius filii voluntatem, & ad solum finem euitandi castigationes dicti Ioannis sui Genitoris. Pariterque dicta Maria Thomizo declarauit, quod à quatuor hinc diebus sciscitata fuit Patrem Serrano, an essent certa quæ superiùs depositus, & dictus Pater Serrano ipsi respondebat à quanam Persona ea sciuerat; Et Testis illi dixit sciuisse ab eius Matre, Et tunc dictus Pater Serrano ait esse certissima, & quod non erat Religiosus, & quod per vim ingressus fuerat in Religionem, & quod debebat id probare, quando sibi daretur occasio opportuna.

Hoc est, quod supradictæ Mulieres sciunt, & dicere possunt in vim iuramenti per eas præstiti, quod affirmarunt, & ratificarunt, & dixerunt omnia superiùs recensita, & deposita fuisse, & esse vera, ea que audiuisse à dicta Angela Ochoa omni fide digna. Et cum fuisset per me Notarium de verbo ad verbum lecta præsens declaratio prædictis Mulieribus, illam respectuè confirmarunt, & ratificarunt. Et dicta Augustina Gil afferuit habere ætatem 50. annorum, dicta vero Maria Thomizo ætatem 38. annorum, & dicta Angela Romiro ætatem 21. annorum circiter, & quia dixerunt scribere nescire, pro illis subscripterunt earum Viri, qui scribere callebant, prout ego Notarius publicus infrascriptus de omnibus, & singulis præmissis fidem facio.

Victorianus Perez.

Gregorius Casasan.

Coram me Emanuele Vadillo Notario &c.

Et ego dictus Emanuel Vadillus Notarius publicus, & Apostolicus, qui supradictis declarationibus vna cum Declarantibus, & earum Viris præsens fui, hoc publicum Testimonium dedi ad petitionem, & instantiam Patris Petri Serrano Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, meoque solito, & consueto signo subsignavi, ac propria manu, & charaktere subscripti in Oppido de Chillaron die 30. mensis Octobris anni 1721 In testimonium veritatis.

Loco † Signi.

Emanuel Vadillo Lopez Notarius publicus, & Apostolicus.

Idem Emanuel Vadillo Notarius annorum 47. formiter examinatus die 17. Februarii, & 11. Iunii 1727. reco-

Principalis Habitum suscepit Regularem, et Professionem emisit contra eius voluntatem, ad solum finem euitandi continuas violentias Genitoris.

Omnia prædicta fuerunt à Testibus ratificata in vim iuramenti præstiti, supra ante litt. A.

Et insuper deposuerunt, Angelam de Ochoa Matrem Principalis omnem fidem promereret.

Etas dd. Testium.

P
Et statim completo hoc examine Petrus Principalis obtinuit illius publicum documentum à Notario d. die 30. Octobris 1721., pau. d post obitum Genitoris, sequutum die 5. eiusdem mensis, ut inf. a no. 32.

Quod documentū fuit formiter recognitum à Notario.

gnouit in forma dictum Documentum, & depositus, declarationes in eo contentas esse illas met a se receptas ad instantiam dicti Patris Petri Serrano &c., & subscriptas a Viris Declarantium in Documento content., vt late ex Traduct. fol. 36. a 1. & 155.

R

Qui est fidelis, & legalis.

Sequuntur Depositiones) Die 17. Februarii 1727. formatae DD.) mittet examinat. super legitatem, & fidelitatem dicitur Notarii Vadillo, ut in Francisci Garcia Fernan.) galitate, & fidelitate dicitur Notarii Vadillo, ut in Francisci Martinez ann.) Traduct. fol. 37. a ter. per 34. , & tot. fol. 39. a 1. Stephani Martinez an. 31.)

S

Et recognitum etiam a Viris retroscriptarum Testium.

Franciscus Santos ann. 54. Vir su-) Formiter examinatus praecepit Augustinæ Gil,) die 11. Iunii 1727. de- Victorianus Perez ann. 44. Vir d.) ponunt, d. Documentum esse verum, & legible Mariæ Thomizo, & Gregorius Cusasan ann. 34. Vir d.) gale &c., ut late in Angelæ Romero) Traduct. fol. 160. 158. & 159.

Num. 15.

Alii quinque Testes Religionis Aduersantis ad instantiam Petri Principalis formiter examinati super 8. 11. 12. 13., & 14. articul. die 4. Aprilis 1727.

I. Testis.

R.P. Antonius Gonzalez annor. 27., qui studiavit, vnde cum Principali, in Collegio d. Ordinis eretto in Ciuitate Complutensi.

Ex Tract. fol. 80. t.

A

B
Deponit, quod Principalis variis vicibus ex-

In Oppido Matriti die 4. mensis Aprilis anni 1727. ego Notarius publicus infra scriptus virtute Commissionis, & decreto prouisi per Dominum Vicarium Ecclesiasticum Matritensem recepi iuramentum a P. Antonio Gonzalez, qui illud praestitit in verbo Sacerdotis tacto pede more &c. & tacto eius Sacro habitu &c. promisitque veritatem deponere de ijs, quæ sciuerit, & fuerit interrogatus, ac successuè interrogatus iuxta formam, & tenorem 8. 11. 12. 13., & 14. articulorum in his actis product, pro parte P. Petri Serrano Presbyteri eiusdem Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, dixit, & depositus, prout infra videlicet.

Ad primum articulum dixit, quod ipse Testis bene cognoscit Partes Colligantes, & habet notitiam de praesenti lite, & Causa, & ita respondit.

Ad Interrogatoria generalia ipsi Testi per me Notarium facta dixit, quod non subiacet exceptionibus in dd. Interrogatorij comprehensis, & quod licet ipse sit Religiosus predicti Ordinis, hoc non obstante deponet ea, quæ pro veritate sciuerit, & quod est aetate 27. annorum circiter, & ita respondit.

Ad octavum Articulum dixit, quod de tempore in hoc articulo relato ipse Testis, & P. Petrus Serrano manebant in

in Ciuitate Complutensi, habitantes in Domo, seù Conuentu eorum Ordinis, incumbendo Studijs, & hac occasione ipse Testis audiuit dictum Patrem Serrano variis vicibus exprimere, quod in Religionem intrauerat violentatus ab eius Genitore cum totali sua repugnantia, & quod ob ingentem timorem, quem dicti Genitoris habebat, professus fuerat, licet in sui animi conceptu non erat talis Religiosus; Et hoc eodem tempore ipse Testis sciuit, qualiter dictus Pater Serrano consulebat homines doctos, sed finem nesciuit, ad quem dirigeabantur Consultationes huiusmodi, donec ex vociferatione orta inter Religiosos, sciuit per medium plurium Clericorum dicti Ordinis, quod dictae consultationes erant directae ad detegendum cum evidencia, si dictus P. Serrano verè, & legitimè Professionem emiserat, aut si eius Professio esset nulla, mediante ipsius repugnatio tam in Professione, quam in ingressu ad Religionem; Circà reliqua vero, quæ in articulo continentur, Testis non recordatur aliquid de ijs audiuisse, ob temporis lapsum; sed ob confidentem familiaritatem, quam habuit, & habet cum dicto Patre Serrano, Testis in illo vidit, & expertus continuò fuit magnam repugnantiam, quam idem Pater Serrano habuit, & habet manendi in Religione, ob violentiam, quam manifestauit sibi factam fuisse, ut in Religionem ingredetur, & ita respondit.

Ad 11. articulum dixit, esse certum, quod singulis annis in die Festo Beatæ Mariæ Virginis Conceptionis ratificantur à Religiosis prædicti Ordinis in Communitate congregatis Vota solemnia, quæ in Professione fecerunt. Et Testi evidentè constat, quod prædictus Pater Serrano nullatenus exequutus fuit similes ratificationis actus à die quinta Mensis Decembris anni 1721., in quo anno Ioannes illius Genitor ab humanis decessit in Oppido de Chillaron, vbi prædictus Pater Serrano illi astiterat, & Matritum reuersus, grauiter infirmatus est Angina morbo, & febri maligna, qui morbus perdurauit usque ad dimidium mensem Decembris, quo tempore surrexit valitudinarius è lecto, vt iret ad se ordinandum in Palatium D. Archiepiscopi, à quo statim vt rediit in Conuentum, Testis sciuit, quod mandauerant Patrem Serrano sedere, videntes eum esse infirmum, & iste non concurrit ad ratificationem similium Votorum in dicto anno 1721., quia permanxit, prout dictum est Domi sui Genitoris, assistentiam ei præbendo, & ita respondit.

pressit Testi, quod non erat Religiosus, non obstante professione, vt ab ipso Principali emissa ob ingentem metum ei incussum à Genitore.

C

Quodque pro ea annullanda paravit Consultationes Doctorum duobus circiter annis post coacte emissam Professionem.

D

Deponit, Principalem tam in ingressu, quam in Professione, & post eam missam semper habuisse maximam repugnantiam ad Religionem, & deponit de facto proprio.

E

Deponit, quod Principalis anno 1721. non ratificauit Vota, quia fuit absens à Conuentu, & post redditum iacuit in lecto angina morbo, & febri maligna oppressus usque ad dimidium mensem Decembris dicti anni.

F

Quodq; ob aliam infirmitatem nec minus Vota ratificauit anno 1722., neque in annis 1723. & 1724. ob eius absentiam à Conuentu de licentia Superioris, et anno 1725. interfuit Nouennario D. Comitis de la Cadena.

G

Et quamuis de anno 1726. interfuerit confirmationi Votorum, Testis tamen pro certo credit, quod Principalis ea non ratificauerit, attenta continua repugnantia, quam semper in eo expertus fuit manendi in Religione, ut sup.litt. D., & infr.lit.seq.

H

Deponit, se etiam pro certo credere, nunquam fuisse à Principali ratificatam Professionem nec tacite, nec expressè, ob repugnantiam ab eo semper manifestatam Statui Regulari.

I

Deponit, quod Principalis de tempore sui ingressus in Religionem erat valde pusillanimis, & modici spiritus, & publicè dice-

Ad 12. articulum dixit, quod attento quia Testis id vidit, & expertus est, ei cum evidentia constat prædictum Patrem Serrano mansisse Infirmum in die Beatae Mariæ Virginis Conceptionis anni 1722., & quod infirmitas perdurauit per totum quasi mensem Decembris prædicti anni; In annis verò subsequentibus 1723., & 1724. diebus festis respectiuè Beatae Mariæ Virginis Conceptionis d. Pater Serrano mansit extrà Matritum, prædicando in loco de Quencarral; Et eodemmet die Festivitatis Sanctissimæ Conceptionis anni 1725. etiam Testis constat, quia id vidit, prædictum P. Serrano mansisse extrà Conuentum à die secunda, usque ad duodecimum Meusis Decembris, assistendo in Nouennario D. Comitis de la Cadena, attento istius obitu, cum licentia tam Reu. P. Provincialis, ob quod motuum ire non potuit ad prædicandum in locum de Vicalbaro, & Sacram Concionem commendauit Reu. P. Cuetto, qui cum effectu iuit in prædictum locum ad prædicandum; Et licet certum est, quod anno proximo preterito 1726. prædictus P. Serrano concurrit ad ratificationem Votorum, non potest Testis dicere expressionem, quam ille fecit, nec illius animum, neque internum, sed iudicat, quod persistente in P. Serrano displicentia supra deposita, non fecerit cum intentione ratificationem Votorum; Et hec omnia Testis scit ob rationes, quas expressit, ultrà notorietatem, quæ de illis existit, & ita respondit.

Ad 13. articulum dixit, quod circa consultationes dicti P. Petri Serrano habitas cum Personis doctis, se Testis remittit ad ea, quæ deposita, & respectu interioris, & exterioris repugnantia, quam prædictus Pater Serranus semper manifestauit Regulari statui, habet Testis pro certo, & absque ullo dubio, quod ille neque tacite, neque expressè ratificauerit suam Professionem, neque actus, qui in eius consequentiā sequuti fuere, & ita respondit.

Ad 14. articulum dixit, quod ipse Testis, & dictus Pater Serrano quasi eodemmet tempore intrarunt in Religionem, qua de causa vidit, & expertus fuit, quod ille erat valde pusillanimis, & modici spiritus; & quod statim ut ingressus fuit Religionem, recognitum extitit, quod ille laborabat pectoris infirmitate, & publicè etiam dicebatur, quod à sex annis antea tali morbo officiebatur, cum quo per-

persistit in Religione, & Medici declararunt eum esse incurabilem, prout est notorium; & quoad reliqua in articulo expressa, nihil aliud scit, neque dicere audiuit, praeterquam quod audiuit aliquando à Germano Fratre Patris Serrano, quod volebat fieri Religiosus nostri Ordinis, & quod statim audiuit à dicto Patre Serrano in familiaribus conuersationibus discurrere circa velleitatem dicti eius Fratris in tali prætensione manifestando, huiusmodi loquendi modo, aliquam displicantiam, quam quo ad hoc habebat, quin Testis sciat motuum prædictæ displicantia, & ita respondit.

Ad 15. articulum dixit, omnia per Testem in hoc suo examine deposita esse publica, & notoria, publicam vocem, & famam, & esse veritatem in vim iuramenti per eum præstiti, quæ confirmauit, & ratificauit, & propria manu, & charactere subscripsit una mecum Notario publico infra scripto, qui de præmissis fidem facio.

Antonius Gonzalez.

Coram me Vincentio Garcia Not.

In Oppido Matriti, die, mense, & anno prædictis ego Notarius publicus infra scriptus virtute commissionis mihi traditæ, & Decreti prouisi per D. Vicarium Ecclesiasticum Matriteussem, recepi iuramentum à Patre Iohanne Antonio Fuente Villa Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, qui illud præstitit in verbo Sacerdotis tacto pectori, more &c. & tacto eius Sacro habitu more &c. promisitque veritatem deponere de iis, quæ sciverit, & fuerit interrogatus, ac successuè per me Notarium interrogatus iuxta formam, & tenorem 8. 11. 12. 13., & 14. articulorum in his actis produet. pro parte P. Petri Serrano &c. depositus &c. Ad interrogatoria generalia &c. dixit &c., quod non subiacet exceptionibus &c. & habere ætatem 31. annor.

Ad VIII. Articulum dixit, quod de tempore relato in præsenti articulo, tam ipse Testis, quam Pater Petrus Serrano degebant in Collegio eorum Ordinis Civitatis Complutensis, & Testis notoriè dici audiuit, quod dictus Pater Serrano consulebat varios Viros doctos, sed tunc temporis Testis nesciuit finem, ad quem dd. Consultationes dirigebantur, postmodum vero audiuit à pluribus Religiosis sui Ordinis, quod ille erant directæ ad sciendum affirmatiæ, utrum illius

batur, quod laborabat pectoris morbo usque ab annis sex antè ingressum, & cum eo, & Medicis declarato pro incurabili, persistit in Religione.

K

Quodque omnia per ipsum Testem deposita sint vera, publica, & notoria.

II. Testis

R.P. Io. Antonius Fuente Villa dicti Ordinis Cl. Reg. Ministrantium Infirmis Sacerdos annor. 31.

Ex Traduct. fol. 84. t.

A

Deponit, quod Principalis duobus annis post emissam Professionem incumbens studiis in Collegio sui Ordinis in Civitate Complutensi, exarare fecit à Doctribus illius Universitatis Iurium allegationes pro obtinenda declara-

tione nullitatis sua
professionis.

B

Ob præmaximam dis-
plicantiam, & repu-
gnantiam, quam ha-
bebat Religioni.

C

Quas tamen ei abstulit
Pater, ob cuius minas
coactus fuit in Religio-
ne permanere.

D

Deponit, quod Princi-
palis de an. 1721. non
ratificauit Vota, ex
quo fuit absens à Con-
uentu, & post redditum,
iacuit in letto infirmus
longo tempore.

E

Quodque de an. 1722.
etiam mansit infirmus.

F

In annis verò 1723.,
& 1724. mansit præ-
dicando extra Conuen-
tum, & in anno 1725.
interfuit nouennario
Comitis de la Cadenā.

G

Et quamuis de anno
1726. interfuerit con-
firmationi Votorum,
credit Testis, quod id
fecerit metu pœnae, non
verò ut Vota reualida-

Professio fuerat nec ne valida, aut nulla; & potuit Te-
stis indicare, quod dd. Consultationes tendebant ad
hunc finem ob displicantiam exteriorem, quam recogno-
uit, habebat dictus Pater Serrano, & repugnantiam
Religioni; Et quoad reliqua in hoc articulo expressa,
solum dicere potest plurius audiuisse à dicto Patre
Serrano, quod eius Genitor certioratus de præce-
dentibus, abstulit ab eius manibus prædictas Con-
sultationes, quas retinebat, & furiosè illas fregit, fe-
cique varias minas, ad finem, ut in Religione perma-
neret; Et quod ob hanc rationem coactus fuerat silere,
& permanere in Religione quoique offerretur occasio
opportuna manifestandi suum animum; quæ omnia Te-
stis scit propter rationes, quas depositus, & ita re-
spondit.

Ad XI. Articulum dixit, esse certum, quod in suo Or-
dine ratificantur vota Professionis singulis annis in die
festo Sanctissimæ Conceptionis, & Testi constat,
quod anno 1721. prædictus Pater Petrus Serrano asti-
tit mense Octobris eiusdem anni in infirmitate, & obi-
tu sui Genitoris, sequuto in Oppido de Chillaron;
Et quod statim, ut Matritum rediit, infirmatus fuit,
& quod infirmus fletit usque ad dimidium quasi mensem
Decembris inclusa die festivitatis Sanctissimæ Concep-
tionis, & ob hanc rationem Testis iudicat, quod
prædictus P. Serrano non adfuerit hac die ratificatio-
ni Votorum, & ita respondit.

Ad XII. Articulum dixit, Testi etiam constare, quod
prædictus P. Petrus Serrano mansit etiam infirmus in
die Beatæ Mariæ Virginis Conceptionis anni 1722.
& quod perseverauit esse infirmum per totum quasi men-
sem Decembris; In subsequentibus verò annis 1723.
& 1724. prædictis diebus festivitatis Sanctissimæ Conceptionis permanens prædicando in loco de Puen-
carral, prout Testis ex notorio scivit; Postmodum
verò anno 1725. à die secunda, usque ad 12. mensis
Decembris deguit dictus Pater Serrano extra Conuen-
tum, assistendo Nouennario D. Comitis de la Cade-
na, qui ab humanis de eo tempore decessit; Et quoad
diem Festivitatis Beatæ Mariæ Virginis Conceptionis
anni 1726. Testis dicere potest, quod dictus Pater
Petrus Serrano concurrit ad reualidationem Voto-
rum, sed deponere non potest, quoad affirmatiuam
illius animi, & interni, licet probabiliter iudicet,
attenta displicantia tam antteriori, quam posteriori dicti

Patri Serrano permanendi in Religione, illius concursum tam ad ilium actum, quād ad reliquos actus, in quibus adsuisset, solum tendisse ad expletum fori externi ex timore pœnæ, stante quod variis vicibus audiuit à dicto P. Serrano non celebrasse suam Professionem cum intentione permanendi in Religione, sed solum ob timorem, quem habebat dilecti sui Genitoris; Et hæc omnia Testis scit ob rationes, quas depositus, & ita respondit.

Ad XIII. Articulum dixit, quod circa Consultationes in præsenti Articulo expressas, se remittit ad ea, quæ depositus; & circa reliqua articulata Testis habet prædicto, & absque ullo prorsus dubio, quod dictus Pater Petrus Serrano nec tacite, nec expressè ratificauerit suam Professionem, mediantibus exterioritatibus, quas manifestauit, & manifestat, repugnantibus huius fini, & ita respondit.

Ad XIV. Articulum dixit, quod attento quia Testis vidit, & expertus fuit, ei constat euidenter, quod quando dictus Pater Petrus Serrano intravit in Religionem, & postmodum erat valde pusillanimis, & modici spiritus, & aliquibus morbis habitualibus laborabat, & præsertim peccoris infirmitate, qua à malo tempore antea eius ingressum in Religionem afficiebatur, & est certum, quod Medici declararunt esse in eo talem infirmitatem incurabilem; Et quoad reliqua in articulo expressa, nihil ipse Testis dicere potest, & ita respondit.

Ad XV. Articulum dicit, omnia, & singula per ipsum Testem in hac eius depositione dicta, & deposita fuisse, & esse vera, publicam vocem, & famam, eaque in vim iuramenti præstiti confirmavit, & ratificavit, ac propria manu, & charactere subscripti una mecum Notario publico infrascripto, qui de præmissis fidem facio.

Ioannes Antonius de Fuente Villa.
Coram me Vincentio Garcia Notario.

In Oppido Matriti die, mense, & anno prædictis ego Notarius publicus infrascriptus virtute commissionis mihi traditæ, & Decreti provisi per D. Vicarium Ecclesiasticum Matritensem, recepi iuramentum à Patre Francisco Pazos Presbytero Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, qui illud præstitit in verbo Sacerdotis tatto peccatore, more &c., & tacto eius

ret, ob fundamenta à Teste deducta id ipsum euidenter concludentia

H

Deponit, quod Principalis, prout Testis credit, ex signis exterioribus ab ipsomet Principali semper manifestatis, numquam suam Professionem ratificavit nec tacite, nec expressè.

I

Quodque tempore, quo intravit in Religionem idem Principalis erat valde pusillanimis, modici spiritus, & morbo incurabili, hoc est peccoris infirmitate laborabat, prout laborat de præsenti.

K

Deponit, omnia prædicta fuisse, & esse vera, publica, & notoria.

III. Testis.

R. P. Franciscus Pazos Sacerdos ann. 27. primò Socius Petri Principalis in Schola, & postea Studiorum in Religione, ut infr. lit. A., & H.

Ex Traduct. f. 89. à t.

Sacro habitu , promisitque veritatem deponere de iis,
quæ sciret &c.

Ad interrogatoria generalia &c. dixit , quod non subiaceat exceptionibus &c. , & quod licet ipse sit Religiosus prædicti Ordinis , hoc non obstante , liberè deponet ea , quæ pro veritate sciuerit , & quod est ætatis 27. annor. circiter , & ita respondit .

A

Deponit, quod Principalis duobus circiter annis post emissam Professionem parauit à Collegiali maiori, & aliis Doctoribus Uniuersitatis Complutensis luriū allegationes pro annulanda eius Professione violenter, & ob metum emissa; & optimam reddit causam scientię.

Ad VIII. Articulum dixit , quod de tempore relato in praesenti Articulo tam ipse Testis , quam Pater Petrus Serrano degebant in Collegio sui Ordinis existent. in Ciuitate Complutensi. Studiis incumbentes ; quae de causa Testis evidenter sciuit , quod prædictus Pater Serrano exquirebat varias Consultationes à Viris doctis , & scientificis dictæ Ciuitatis , & præsertim recordatur dictum Patrem Serrano consuluisse D. Gregorium de Bustos Collegialem maiorem , & Cathedraticum primæ horæ explicationis Textus Ciuilis , ac Canonici , sed Testis tunc temporis nesciuit finem , ad quem dd. Consultationes dirigebantur ; Postmodum vero sciuit , & audiuit tam à dicto Patre Serrano , quam à Patre Antonio Gonzalez , & à pluribus aliis Religiosis Condiscipulis , quod præcitatae Consultationes erant directæ ad detegendum cum evidentia , utrum sua Professio fuerat necne valida , vel nulla , & subinde Testis opinatus est hoc certum fuisse , respectu dispcionis , & renuentiae exterioris , quam Religioni dictus Pater Serrano semper , & continuo manifestauit ob timorem , & violentiam , cum quibus Religio nem ingressus est ; & quoad reliqua in articulo expressa Testis nihil scit , nec dicere potest , & ita respondit .

B

Quodque semper , & continuo dispcionem , & renuentiam demonstrauit Religioni .

Ad XI. Articulum dixit , esse certum , & Testi constare , quia vidit , nempè quod , licet mos sit in suo Ordine Vota singulis annis renovare die festo Beatæ Mariæ Virginis Conceptionis , hoc tamen non obstante nunquam vidit , quod dictus Pater Petrus Serrano exequutus fuerit similem actum usque ad præsens à die obitus sui Genitoris , nam anno 1721. mansit in Oppido de Chillaron , assistendo ultimæ infirmitati , & morti prælati sui Genitoris , & statim ut Matritum rediit , quod euenit versus finem mensis Nouembbris , infirmatus fuit febri maligna , & Anginæ morbo , qui in illo perdurauit usque ad medietatem quasi mensis Decembris , quo tempore , licet adhuc infirmus , se translitit ad Palatium D. Archiepiscopi , ut Ordines suscipere .

C

Deponit, quod Vota Regularia non fuerint à Principali ratificata; nam anno 1721. fuit absens à Conuentu , & post redditum iacuit longo tempore in lecto infirmus febri maligna , & Anginæ morbo .

seiperet, ob quod motiuum Testis sciuit per medium Religiosorum, qui cum illo iuerunt, quod in dicto Palatio sedere eum mandarunt; & hæc omnia Testis scit ex rationibus supra depositis, & ita respondit.

Ad XII. Articulum dixit, Testi constare, quia vidit, quod prædictus Pater Petrus Serrano die festo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis anni 1722. reperiatur etiam valdè infirmus, & in hoc statu permanit per totum quasi mensem Decembris eiusdem anni; Annis verò subsequentibus 1723., & 1724. iisdem diebus festiuitatis Sanctissimæ Conceptionis Testis etiam scit, quia vidit dictum P. Petrum Serrano moram trahisse in loco de Puencarral Sac. Conaciones explentem, & eodemmet die festo B. Mariæ Virginis Conceptionis anni sequentis 1725. prædictus Pater Serrano extræ Conuentum mansit, nempe à die secunda usque ad duodecimam mensis Decembris eiusdem anni, assistendo in Nouennario D. Comitis de la Cadena, qui hoc tempore obierat; Et hac de causa non potuit ire ad prædicandum in locum de Vicalbaro, & Sacram Concionem commendauit R.P. Cuetto; & Testis nescit, an anno proximo præterito 1726. prædictus Pater Serrano astiterit acuti ratificationis, quia ipse Testis deguit extræ Conuentum etiam de nocte, assistantiam præbendo D. Emanueli de Camerana, & Cardenas tunc temporis infirmo, sed habet pro certo, & absque ullo prorsùs dubio, quod casu, quo dictus Pater Serrano hoc anno, vel alijs forsitan annis dicto ratificationis acuti astitisset, inuoluntarius adfuisse, & ad solum finem externè explendi consuetam ceremoniam, respectu manifestæ renuentiæ, ac totalis repugnantia, & displicantia, quam dictus Pater Serrano continuò præferebat permanendi in Religione, nam frequenter stabat cum triflitia, & id clare manifestabat, & ita respondit.

Ad XIII. Articulum dixit se in omnibus, & per omnia remittere ad ea, quæ deposita in Articulis præcedentibus, & ita respondit.

Ad XIV. Articulum dixit, quod respectu quia ipse Testis cognoscit dictum P. Petrum Serrano à puerili ætate, quia insimul Scholam ibant, ideo scit, quod ille à multo tempore prius quam ingredetur Religionem, labrabat peitoris infirmitate, cum qua hodie permanet, & afficitur, & prout Testis audiuit, Medici declararunt,

D
Anno 1722. etiam mansit valdè infirmus.

E
Anno 1723. & 1724. tempore ratificationis Votorum prædicabat extra Conuentum.

F
Et anno 1725. interfuit nouennario D. Comitis de la Cadena.

G
Anno verò 1726., necit Testis, ob eius absentia à Conuento, an Principalis astiterit acuti ratificationis, sed quatenus affirmat, pro certo credit, inuoluntariè adfuisse, attenta manifesta renuentia, ac totali repugnantia, & displicantia, quam Principalis continuò præferebat permanendi in Religione; in qua frequenter stabat cum triflitia; & ob id nunquam ratificasse Professionem, nec tacitè, nec expressè.

H
Deponit, quod Principis ante ingressum in Religionem laborabat peitoris morbo, cù quo hodie permanet, à Medicis canonizato

pro incurabili, & optimam reddit scientia causam.

I

Quodque tam ante, quam post illius ingressum in Religionem, erat, & fuit validè pusillanimis, & modici spiritus.

K

Deponit, hæc omnia fuisse, & esse vera, publica, & notoria.

Num. 18.

IV. Testis.

R.P. Michael de Caravallo S.T.L., & Sacerdos d. Ordinis annorum 30. d. die formiter examinatus.
Ex Trad. fol. 93.

A

Deponit, quod Principalis duobus circiter annis post emissam Professionem paravit Iurium allegationes à Collegiali Maiori, & alijs Doctoribus Universitatis Complutensis pro annullanda sua Professione.

Num. 17.1, & 18.

morbum eiusmodi esse incurabilem; Et etiam Testis habet magnum experientiam, quod tam ante, quam post illius ingressum in Religionem erat, & fuit valde pusillanimis, & modici spiritus; Quo ad verò reliqua in hoc articulo expressa, nil aliud dicere potest, præter id, quod depositum, & ultrà rationes, quas expressit, & ita respondit.

Ad XV. Articulum dixit, ea omnia per ipsum Testem deposita fuisse, & esse vera, publicum, & notorium, publicam vocem, & famam, que in vim iuramenti præstigi confirmauit, & ratificauit, ac propria manu, & charactere subscriptis, vna mecum Notario publico infrascripto, qui de præmissis fidem facio.

Franciscus de Pazos.

Coram me Vincentio Garcia Notario.

In Oppido Matriti die mense, & anno prædictis Ego Notarius publicus infrascriptus virtute commissionis mihi traditæ, & Decreti prouisi per D. Vicarium Ecclesiasticum Matritensem, recepi iuramentum à R.P. Michael de Caravallo Sacrae Theologiae Lectore Presbytero Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, qui illud præstigit in verbo Sacerdotis tacto pectore, more &c., & tacto eius Sacro Habitū, promisit veritatem deponere &c.

Addinterrogatoria generali &c. dixit, quod non subiaceat exceptionibus &c.; Et quod licet ipse sit Religiosus prædicti Ordinis, hoc non obstante, liberè deponet ea, quæ pro veritate stinerit; Et quod est ætatis 30. annorum circiter, & ita respondit.

Ad octauum articulum dixit, quod de tempore in præsenti articulo relato, ipse Testis, & P. Petrus Serrano reperiebantur in Universitate Ciuitatis Complutensis, qua de causa Testis sciuīt per medium prædicti Patris Petri, quod iste plurius ibat ad mansionem Patris Gregorij de Bustos Collegialis Maioris, & ad Conuentum Carmelitarum Calceatorum, ut consuleret quemdam grauem Religiosum, sed nesciuit finem, ad quæm directæ Consultationes, & visitationes dirigebantur, donec post huiusmodi litem incepit ipsem Pater Serrano Testi dixit, quod prædictæ Consultationes erant directæ ad finem declarandi nullam suam Professio-

neam.

nem; Quoad reliqua verò in hoc articulo expressa Testis nihil scit, & ita respondit.

Ad XI. articulum dixit esse certum, quod singulis annis ratificantur Vota sui Ordinis in die Festivitatis Beatæ Mariæ Virginis Conceptionis; Et Testis recordatur, quod praedictus Pater Petrus Serrano anno 1721. mansit in Oppido de Chillaron, personaliter assistendo infirmitati, & morti illius Genitoris, sed non recordatur, an quando Matritum rediit, infirmatus fuerit, scit tamen quod stetit infirmus, sed nescit an antea, vel post dictum tempus; & nihil aliud scit de ceteris, quæ continentur in hoc articulo, & ita respondit.

Ad XII. articulum dixit, quod de Articulatis in hoc articulo solum dicere potest, qualiter praedictus Pater Serrano anno proximo præterito 1726. concurrit renovationi Votorum, dicendo, quod Vota renouabat eam, quod deminet forma, qua ea fecerat in sua Professione; Quod Vota renouabat eas Testis à dicto Patre Serrano audiuit in illo aëtu; & sic deminet forma, qua ignorat intentionem, cum qua exequutus fuerit supradictum, & ceteros actus, in quibus concurrit, & ita respondit.

Ad XIII. articulum dixit, quod se remittit ad ea, quæ depositum in articulis precedentibus, & ita respondit.

Ad XIV. articulum dixit, ipsum Testem vidisse tam in Ciuitate Complutensi, quam in hoc Oppido Matriti, quod curarunt dictum P. Petrum Serrano laborantem pectoris infirmitate, & quod pariter illum curarunt toto tempore hyemali currentis anni, propinando eidem varia medicamina píllularum, aliarumque rerum medicinalium, & ita respondit.

Ad XV. articulum dixit, quod ea omnia, quæ per ipsum Testem fuerunt deposita, & declarata, sunt vera, & est publicum, & notorium, publica vox, & fama, ea que confirmavit, & ratificauit in vim iuramenti praestiti, ac propria manu, & charactere subscripsit una mecum Notario publico infra scripto, qui de præmissis fidei facio.

Michael de Carauallo.

Coram me Vincentio Garcia Notaro.

Id ipsum deponit R.P.L. Ioannes Antonius del Rio anno rum 27., cuius depositio legitur in Traduct. fol. 37. à Teste, & hic breuitatis gratia omittitur.

B

Deponit, quod anno 1721. non ratificauit Vota, ob absentiam praesitam eius Genitori Infirmo; quodque idem Principalis fuit tamen quod stetit infirmus, sed nescit an ante, rit infirmatus.

C

Et anno 1726. concurredit renovationi Votorum, dicendo, quod Vota renouabat eas Testis à dicto Patre Serrano audiuit in illo aëtu; & sic deminet forma, qua e fecerat in sua Professione; hoc est ob vim, & metum, id est que nulliter, & non animo permanendi in Religione.

D

Deponit, quod Princeps semper in Religione affectus fuit pectoris morbo, pro quo varia sumpsit medicamina, sed inutiliter.

E

Et hæc omnia, deposita vera esse, publica, & notoria.

F

V. Testis R.P. Io: Antonius del Rio, qui idem deponit.

In

Num. 19.

*De posuio D. Emanue
lis Sarrin Medici Re
gi rum Hospitalium,
& Conuentus Clerico
rum Reg. Ministran
tium Infirmis Oppidi
Matriti etat. ann. 45
formiter examinati
die 21. Aprilis 1727.
Ex Traduct. fol. 125.
à ter.*

A
*Deponit à quinque cir
citer annis astitisse Cu
ræ Petri Principalis,
laborantis pectoris
morbo in eo habituali
à virginis hinc annis.*

B
*Dicitumque morbum
esse in P. inci alt incu
rabilitem, ut radica
tum in sanguinis mas
sa, & in reliquis lym
phis.*

C
*Dicitumque Principa
lem assistere non posse
Infirmis, nisi cum cui
derit pitea sua pericu
lo, ob causam d. mor
bi.*

D
Neque remoueri ab

In Oppido Matriti die 21. Aprilis 1727.
Ad præsentationem P. Petri Serrano Presbyteri Ord. Cle
ric. Regular. Ministrantium Infirmis &c. Ego Nota
rius &c. recepi iuramentum à D. Emanuele Sarrin Me
dico Regiorum Hospitalium, & Hospitalis Generalis,
ac illius nuncupat. Passionis, necnon Domorum, seu
Conuentuum Cleric. Regul. vulgo Agonizantium hu
ijs Oppidi, qui dictum iuramentum præstít in forma
&c. tactis &c., ac &c. interrogatus &c. depositus &c.
Ad interrogatoria generalia &c. habere etatem 45. anno
rum circiter &c.

Ad secundum, & reliquos articulos Testi lectos, dixit,
quod &c. scit, qualiter à quatuor, vel quinque hinc
annis ipse Testis vti talis Medicus dicta Domus Ord.
Cleric. Regul. Ministrantium Infirmis assistit Curæ P.
Petri Serrano Religiosi in dicta Domu, qui à multis an
nis ante laborabat, prèm laborat quodam accidenti as
matico Curationis incapaci, respectu quia pluribus occa
sionibus tam ante, quam de tempore, quo Testis ei assi
stuit, passus fuit, & patitur aliquos insultus astomaticos,
causatos ex eo, quod prædictus morbus est vitium quasi
habituale in illo radicatum à viginti hinc annis cum re
petitis fluxionibus ad exophagum, & gulam, proce
dentibus ex quodam vitio acido, vitioso, & falso lym
pharum, ab earum sede, vel glandulis pituitarijs con
tinuum quasi humorem distillant ad gulam, & thora
cem cum notabili strage solidorum, ea excoriando, &
exulcerando. Quapropter dictus P. Petrus nunquam
erit capax perfectæ Curationis à radice, respectu quia
morbus est iam valde inueteratus, & radicatus tam in
massa sanguinis, quam in reliquis lymphis. Et Testis
semper in hoc sensu fuit, & in ijs, quæ ad ipsum vti
Medicum spectant, iam mandauit d.P. Petro Serrano,
quod non habitaret in Domu dicti Ordinis sua propè Hos
pitalia huius Oppidi ob proximum periculum sua pitea in
assistentia Infirmis prestante dd. Hospitalium. Et etiam
dictus P. Serrano non potest absque dicto vita periculo
pernoctare extra Conuentum præstandi causa assistentiam
Infirmis degentibus in eodem Oppido Matriti; & eo mi
nus remoueri potest à Conuentu, in quo degit, vt per
gat ad aliud Regnum, respectu quia in nullo loco
spirat nec tam purum, & nitro dissoluenti plenum,
prout spirat Matriti, in quo solum d. P. Serrano ex
per.

Num. 19., & 20.

pertus fuit aliquale beneficium, & subleuamen, quæ in alijs partibus, quibus mansit, consequi non valuit; Et idcirco ex prærelatis, & ob praxim, quam habet de grauibus, & communibus periculis, quæ procedunt a similibus accidentibus, Testis est in sensu, quod prædictus morbus non est capax alterius curationis, præter illam Curam præseruatiuam, & regimen prædicto Infirmo insinuat. Quæ omnia Testis scit, & ei constant observationes supra depositas, & quia ut talis Medicus astigit, & assistit Curæ dicti Patris Petri Serrano. Et assertuit id esse veritatem, publicum, & notorium, publicam vocem, & famam, eaque omnia in vim iuramenti præstiti confirmavit, & ratificauit &c.

Doctor Emanuel Serin.

Coram me Vincentio Garcia Notario.

In Oppido Matriti die 21. Aprilis 1727. Ad præsentationem P. Petri Serrano Presbyteri Ord. Cleric. Regul. Ministrantium Infirmis &c. Ego Notarius publicus infra scriptus vigore Commissionis mihi traditæ per Dominum Vicarium Ecclesiasticum Matritensem recepi Iuramentum à Iosepho Venitez Chirurgo maiori Regionum Hospitalium, necnon Hospitalis generalis, & illius, vulgo nuncupat. Passionis, & Collegij Puerorum, nuncupat. de Samparados &c. qui dictum Iuramentum præstidit &c. tactis &c., & &c. interrogatus &c.

Ad interrogatoria generalia &c. habere aetatem 36. Annorum &c.

Ad secundum, & reliquos articulos dixit, quod &c. scit &c. qualiter ipse Testis, ut talis Chirurgus, inseruit in dicto Conuentu, seu Domu Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis in hoc Oppido Matriti à quatuor, vel quinque annis, quibus assistentiam semper præbuit P. Petro Serrano Religioso dicti Conuentus in Cura Rheumatis capitalis habitualis, quo ille laborat ab aliquibus annis præcedentibus, quod rheuma continuò distillat ingentes portiones lymphaticas ad esophagum, gulam, & musculos Thoracis, quæ lymphæ cum consistent de quodam vitio acido, vitorio, & falso, producerunt quemdam effectum asmaticum, & incapacem perfectæ curationis, quia præcitatum vitium cum stet in massa sanguinis, & in lymphis admodum pertinax, ideo non permittit ullam perfectam curationem ob magna-

Oppido Matriti aeris omnino puri, & nitro si, solum congrui pro d. morbo.

E

Alterius Curationis minimè capaci, quam præseruatiuæ.

F

Redditq. causam scienciaræ.

Num. 20.

Deposito D. Iosephi Venitez Chirurgi anno. 36. formiter examinati in hac Causa, & mirificè etiam probantis, Petrum Principalem, sub eius Cura à pluribus annis degentem, laborasse, & de præsenti laborare morbo asmatico incurabili.

Ex Traduct. fol. 124.

A

Deponit esse Chirurgum Conuentus Oppidi Matriti à 5. circit. annis, & ob id astitisse Curæ D. Petri Principalis laboratis dicto morbo in eo habituali ab aliquibus annis præcedentibus.

B

C
*'Reddit causam' scien-
tiae eius depositionis.*

inconuenientia, quæ sequerentur, si tentaretur totalis illius curatio; quapropter ista restringitur ad solam curam præseruatiuam. Quæ omnia Testis scit, & dicere potest ob rationes præ expressas, & scit ea esse vera, & esse publicum, & notorium, publicam vocem, & famam, eaque in vim iuramenti præstiti confirmauit, & ratificauit &c.

Ioseph Venites.

Coram me Vincentio Garzia Notario.

Num. 21.

*Depositio trium Te-
stium die 1.Iun. 1723.
formiter examinerat.
super extrema pauper-
tate Genitorum Prin-
cipalis.*

A

*I. Testis D. Iosephus
Franciscus Pardo an-
nor. 50. Regitor, atque
Incola Ciuitatis Com-
plutensis.*

B

In Ciuitate Complutensi die 1. Iunii 1723. D. Angela de Ochoa pro dicta Informatione presentauit etiam in Testem D. Iosephum Franciscum Pardo Regitorem, atque Incolam supradictæ Ciuitatis, à quo Ego Scriba publicus infrascriptus in vim retroscriptæ commissionis mihi per D. Gubernatorem traditæ recepi Iuramentum, quod prædictus Testis præstítit &c. tactis &c. & interrogatus &c. depositus, prout infra, videlicet.

Quod ipse Testis cognovit, & tractauit = cum Ioanne Antonio Serrano olim Preceptor Puerorum, = atque Incola huius Ciuitatis Complusensis, Viro, & coniuncta persona dictæ Angelæ de Ochoa, & scit, quod ista retinet in sua Domu, & societate unum filium parvulum, & unam filiam, quæ à multis hinc diebus iacet infirma, & est publicum, & notorium in hac Ciuitate, quod dictus Ioannes Antonius Serrano Vir, & Pater respecti- uè erat extremè pauper, & quod se alebant ex propriis labore, & industria cum sufficienti miseria, & quod dicta Angela de Ochoa, ac dicti bini eius filii ad præsens reperiuntur in extrema necessitate, & cum labore, atque industria dictæ Angelæ se alunt, vñam cum eleemosynis aliquorum Benefactorum = qui illis subueniunt, & valde Altissimo gratum foret, si P. Petrus Serrano filius dicti Io. Antonii Serrano defuncti, & dictæ Angelæ de Ochoa Sacerdos Religiosus Professus in Ordine &c. Ministrantium Infirmis &c. afflat, & subveniat in eo, quod poterit huic tam grandi necessitati, quam dd. eius Mater, & Fratres patiuntur. Et hoc est quantum scit Testis &c. ac declarauit habere ætatem 50. annorum circiter &c., & propria manu subscripsit unam cum Scriba publico infrascripto, qui de peamisis fidem facio.

D. Iosephus Franciscus Pardo.

Coram me Nicolao Gonzalez Scriba.

In Ciuitate Complutensi die, mense, & anno praedictis,
Supradicta Angela de Ochoa &c. vterius praesentauit
in Testem Didacum Laguna Incolam dictæ Ciuitatis, à
quo Ego Scriba publicus infrascriptus in vim retroscri-
ptæ commissionis &c. recepi Iuramentum &c. tactis &c.
& interrogatus &c. depositus &c. videlicet =

C

*II. Testis D. Didacus
Laguna praedictæ Ci-
uitatis, etatis ann. 48.*

Ipsum Testem, benè cognouisse per alloquitionem tra-
ctum, & communicacionem = Io. Antonium Serrano,
olim Praeceptorem Puerorum in hac Ciuitate Complu-
tensi, eiusque Incolam, = prout benè cognoscit dictam
Angelam de Ochoa Vidiuam relictam dicti Io. Antonii,
& vnam eorum filiam, quæ à multo hinc tempore re-
peritur infirma, necnon vnum eorum filium parvulum
quos praedicti Coniuges habuere ex dicto matrimonio,
O scit, quia est publicum, O notorium, fuisse, & esse
extremè pauperes, O quod praedicta Angela de Ochoa
incubuit suis labori, ac industria, ut sese, dictosque
eius filios alere valeat = cum magna penuria, & cum
eleemosinis aliquorum Benefactorum, & id Testis scit,
quià habitat in vicinitate illius Domus, = & habet pro
certo multum Altissimo gratum fore, si P. Petrus Ser-
rano dictæ Angelæ filius, Sacerdos Religiosus professus
in Ordine RR.PP. Ministrantim Infirmis aetate residens
in Conuentu, vulgo Agonizantium Oppidi Matriti as-
sistat, O subueniat in eo, quod poterit huic tam graui ne-
cessitati, quam dd. eius Mater, O Fratres patiuntur. Et
hoc est quantum scit &c., & declarauit habere ætatem
48. annorum circiter, & propria manu subscripsit &c.
Didacus Laguna.

D

E

F

Coram me Nicolao Gonzalez Scriba.
In Ciuitate Complutensi die, mense, & anno praedd. supra-
dicta Angela &c. praesentauit in Testem D. Gregorium
Ruiz de Molina Depositarium reddituum Regii Patri-
monij, & incola dictæ Ciuitatis, à quo Ego Scriba
publicus infrascriptus in vim praecedentis commissionis
mihi traditæ recepi iuramentum, quod ille praestitit &c.
tactis &c. & interrogatus &c. depositus &c. videlicet:

G

Ipsum Testem scire, quià est publicum, & notorium, qua-
liter praedicta Angela de Ochoa fuit Vxor legitima
= quond. Io. Antonij Serrano olim Praeceptoris Pue-
rum in hac Ciuitate Complutensi, illiusque Incolæ, ex
quo habuit, & ad praesens retinet penè se duos filios, &
quod est extremè pauper, neque habet vnde sese, dictosque
eius filios alere possit, præter suos laborem, & in-
du-

*III. Testis D. Grego-
rius Ruiz annor. 52.,
Depositarius reddi-
tuum Regii Patri-
monij.*

dustriam, & aliquas eleemosynas, quas Benefactores
eis subministrant, & ipse Testis in pluribus occasioni-
bus id exequutus fuit, & habet pro certo multum Al-
tissimo gratum fore, si P. Petrus Serrano illius filius
Sacerdos Religiosus professus in Ordine RR.PP. Mini-
strantium Infirmis, actu residens in Conventu vulgo Ago-
nizantium Oppidi Matriti assistat, & subueniat in eo,
quod poterit huic tam iungenti necessitat, quam dd.eius
Mater, & Fratres patientur. Et hoc est quantum scit
&c. ac declaravit habere etatem 52 annorum circiter,
& propria manu subscrispsit, vna mecum Scriba publi-
co infra scripto, qui de premissis fidem facio.

Gregorius Ruiz de Molina.

Coram me Nicolao Gonzalez Scriba.

Num. 22.

*Testes examinati ad
instantiam Religionis
Ministrantium Infir-
mis super illius articu-
lis.*

Ex Traduct. Process.
fol. 197. & seqq.

*I. Testis R.P. Io. Gar-
zia Provincialis d.Or-
dinis ann. 48.*

A

*Deponit, quod ob amo-
rem, quem gerebat er-
ga Petrum, & ob pau-
pertatem illius Geni-
torum, facilitauit in-
gressum Petri in Reli-
gionem, & sumptibus
necessariis pro dicto
ingressu, pro anno No-
uiciatus, & deinceps
opportunè prouidit.*

B

*Deponit, se quasi sem-
per fuisse in Religione
Prælatum.*

C

*Principalem fecisse in
Religione quidquid ei
placuit contra volunta-
tem Superiorum.*

In Oppido Matriti die 23. Aprilis 1727. Ad præsentatio-
nem P. Procuratoris, & ceterorum Religiosorum &c.
&c. contra P. Petrum Serrano &c. recepi iuramentum
a R.P. Io. Garzia Provinciali &c. 48. annorum &c.

Ad 2. articulum dixit, quod ipse Testis cognovit P. Pe-
trum Serrano ab eius tenera etate, prout etiam cogno-
vit illius Genitores, & Parentes in Ciuitate Complu-
tensi, & in Oppido de Tor de Laguna, sed falsum est,
quod nullus, præter ipsum Testem, potuerit illum
inducere, ut fieret Religiosus, quia Testis illum neque
induxit, neque habet genium, & conscientiam pro his
patrandis & licet fateatur, quod ob amorem, quo il-
lum prosequebatur, & quia compatiebatur summa in
paupertatem, cum qua viuebant, facilitauit eiusmodi
assumptum, offerendo ei opem, prout fecit in illius in-
gressu ad Religionem, & in anno Nouitiatus acquisiuit
vnum Benefactorem, qui succumberet sumptibus pro
Professione, prout succubuit, expletisque in illius fa-
uorem plura alia beneficia post emissam professo-
nem &c.

Ad 3. Artic. dixit, se remittere ad ea, quæ depositit in
præcedenti articulo, & quod cum fuerit quasi semper
in Religione Prælatus, vel saltē vnu ex concurrenti-
bus ad Nouitorum Vota, vbi scrutinantur ista, & simi-
lia, quæ statum Nouitorum respiciunt &c.

Ad quartum articulum dixit, quod &c. P. Serrano &c. in
Religione pluriē fecit quidquid ei placuit contra volunta-
tem suorum Superiorum &c.

Ad quintum articulum dixit, quod attento quia d. Pater erat ab omnibus reputatus ut verus Professus, ideo ipsemet Testis, cum esset Provincialis, illum elegit in suum Secretarium, deditque licentiam ad praedicandum, sicutque deputatus in Depositarium, & ad solum titulum Religionis promotus fuit ad omnes Ordines, quae omnia.

Religio non permisisset, nisi aliter dubium insurrexisset quoad validitatem illius Professionis, & Testis credit, dictum P. Petrum renouasse singulis annis Vota, prout ceteri Religiosi fecerunt in Vigilia festivitatis B. Mariæ Virginis Conceptionis, & veritas est, quod ille pretendit magua instantia licentiam nostri P. Generalis, ut fieret Regius Praedicator, quae denegata ei fuit ob iustas causas.

Ad octauum Articulum scit, quod d. Petrus pretendit licentiam permanendi gratia in Oppido de Chillaron, ubi suus Genitor obierat, exercendo scholam pro primis rudimentis Puerorum, & d. licentiam pretendit sub praetextu alendi suam Genitricem, & fratres pauperes, licet Religio noluit id concedere, & ita respondit &c.

Ioannes Garzia &c.

In Oppido Matriti die, mense, & anno praedictis. Ad presentationem P. Procuratoris, & ceterorum Religiosorum &c. contra P. Petrum Serrano &c. ego Notarius publicus &c. vigore commissionis &c. recepi Iuramentum à F. Iosepho Prietto Religioso Laico professo eiusdem Ordinis &c. qui &c. interrogatus &c. depositus &c. habere etatem 36. annorum circiter &c.

Ad secundum Articulum dixit, ipsum Testem recordari, & scire, quod occasione, qua R. P. Ioannes Garcia nunc, & tunc temporis Provincialis associatus incedebat cum Fr. Didaco Ochoa, ut iret ad praedicandum in locum de Buitrago, ambo hospitarunt, ex eo, quia d. Fr. Didacus erat affinis P. Petri Serrano, Domini Genitorum dicti P. Petri, sit. in Oppido de Tordelaguna; Et etiam Testis scit, quod post aliquod breve temporis spatium, dictus P. Petrus accessit una cum suo Genitore ad hoc Oppidum Matriti, in quo habitum Regularem assumpsit &c.

Ad tertium Articulum dixit &c. Nescit tamen, quod dictus P. Petrus pretenderit, germanum suum fratrem ingredi praedictam suam Religionem &c.

Ad quartum Articulum dixit, quod &c. plures tractauit cum Io. Antonio Serrano Genitore dicti P. Petri &c.

D

Fuisse electum ab ipso Teste in suum Secretarium, & in Depositarium Conuentus, non sicutque deputatus in Depositarium, ad instantiam ipsius Petri.

E

Religionem denegasse Petro licentiam, ut fieret Regius Praedicator.

F

Religionem se opposuisse exequutioni Brevis manedi extra Claustra obtenuisse a Petro Principali, quod apparet etiam ex num. 35. litt. A.

H. Testis Religionis.
F. Iosephus Prietto Religiosus Professus d. Ordinis, & tatis annorum 36
Ex Traduct. fol. 21.

A

Deponit, quod post breve spatium temporis ab hospitatione P. Provincialis Garzia in Domo Genitoris Petri Principalis, idem Petrus datus fuit a Genitore ad Conuentum, & habitu Religioso induitus.

B

Et

Num. 24. & 25.

C
Deponit, ipsum Testem
nunquam absuisse à di-
cto Conuentu.

Num. 24.

III. Testis ex aduerso in-
ductus, R. P. Antonius
de Zamora annor. 55.,
& fuit Magister No-
uitorum d. Ordinis, &
Petri Principalis.
Ex Traduct. fol. 197.

Et habet Testis pro certo, quod si secus euenisset, id equi-
dem sciisset; quia nunquam absuit à prædicto suo Con-
uentu &c.

Ioannes Prietto &c.

In Oppido Matriti die 22. Aprilis 1727. ad præsentatio-
nen P. Procuratoris, & cæterorum Religiosorum Ven.
Conuentus &c. Ordinis Clericorum Regularium Mini-
strantium Infirmis &c. Matriti &c. contra P. Petrum
Serrano &c. recepi Iuramentum à Reu. Patre Antonio
de Zamora &c. interrogatus &c. iuxta formam Articu-
lorum &c. d. P. Procuratoris &c. dixit, quod habet æta-
tem 55. annorum circiter &c.

A

Ad secundum Articulum dixit, quod &c. quandò ipse
Testis venit &c. Matriti, reperiit Patrem Petrum Ser-
rano iam indutum habitu Nouitiū; ideoque dicere non
potest, utrum fuerit ille coactus ad suscipiendum ta-
lem habitum per medium sui Genitoris, seu alterius
personæ, nec si habuerit ad hoc voluntatem, vel ea ca-
ruerit.

B

Deponit tempore Noui-
tati Petri Principa-
lis tunc pueri illius Ge-
nitorem ad eum pluries
accessisse.

C

Dicitumque Petri Ge-
nitorem semper vidisse
lætum, & contentum
ob manentiam filij in
Religione.

D

Et pro certo credere
Petrum potuisse cogi,
& induci ad profisen-
dam ob præmaximam
illius pusillanimitatem
diu à Teste obseruatam.

Num. 25.

IV. Testis ex aduerso
inductus.
R. P. Franciscus de Pa-
zos annor. 27., qui de

Ad tertium Articulum dixit, quod &c. d. Patrem Serra-
num, ut Nouitium direxerit per spatum octo, vel
decem mensium &c. ob suum Nouitiatum, ad quem ac-
cessit Genitor prædicti Petri cum inuisendi gratia aliqui-
bus vicibus &c.

Ad quartum Articulum dixit, quod &c. aliquibus vici-
bus tractauit cum Io. Antonio Serrano Patre supradicti
Religiosi &c. semper & quandò illum vidit, & reperiit
letum, & contentum, manifestando hilaritatem, quam
habebat, quod prædictus eius filius maneret in Reli-
gione &c.

Ad sextum Articulum dixit, quod de tempore, quo præ-
dictus Pater Petrus Serrano erat Testi subditus obserua-
uit, quod &c. erat aliquantulum propensus propriæ
voluntati, qua de causa pluries Testis eum correxit, &
iuxta illius operationes Testis habet pro certo, quod fuit,
& est tam pusillanimis, ita ut posset compelli ad profisen-
dam, & ita respondit &c.

Antonius de Zamora.

In Oppido Matriti die 26. Aprilis 1727. Ad præsentatio-
nen P. Procuratoris, & cæterorum Religiosorum &c.
in lite, & Causa &c. contra P. Petrum Serrano &c. ego
Notarius &c. recepi Iuramentum à P. Francisco de Paz
&c.

Num. 26. & 27.

&c. Religioso &c. dicti Ordinis &c. dixit habere etatem 27. annorum circiter &c.
Ad sextum Articulum dixit &c. Vtrum verò d. Pater Petrus Serrano fuerit, vel sit resolutus, audax, & inobediens; Testis habet pro certo, quod ille exequutus sit id ipsum, quod alij exequuntur in hoc casu, cum effet adolescentis &c.

Franciscus de Pazos.

Coram me Vincentio Garzia Notario.

In Oppido Matriti die 24. Aprilis 1727. Ad presentationem P. Procuratoris, & ceterorum Religiosorum &c. contra P. Petrum Serrano &c. ego Notarius &c. recepi Iuramentum à R. P. Michaeli Garzia Alaminos Praefecto &c. Ex-Prouinciali dicti Conuentus &c. & interrogatus &c. dixit habere etatem 71. annorum circiter &c.

Ad secundum, & tertium Articulum &c. dixit &c. Et Testis nescit, nec ad sui notitiam peruenit, quod ullus dicti Petri germanus frater pretenderit ingredi suam Religionem &c.

Michael Garzia de Alaminos.

Coram me Vincentio Garzia Notario.

= Ex libro Constitutionum Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis Notario tradit. per Reuer. P. Procuratorem Conuentus Aduersarii in executionem Decreti facti per D. Vicarium Generalem Matriti subdelegatum Apostolicum, ut ex Traduct. fol. 51. à tergo, &c seq.

Cap. VI. fol. 50. à tergo.

= Ij, qui essent Infirmi, vel Indispositi tali Infirmitate, vel = indispositione, itaut non possent exercere nostrum In- = stitutum, vel probabilis esset de ijs suspicio, non admit- = tantur.

Regula 13.

= Tandem non recipiatur illa persona in nostra Religio- = ne, quae habeat Patrem, vel Matrem, aut germanos fra- = tres, seu sorores pauperes, nec etiam illa, de qua pro- = babiliter hoc dubitari posset, vel haberet impedimen- = tum &c.

Regula 14.

= Decernimus, & determinamus, quod super aliquibus = de dictis impedimentis non possit per Patrem Genera-

ponit, Principalem coa- = ètè, & per vim suscep- = pisse habitum Religio- = sum.

Num. 26.

V. Testis exaduerso in- = ductus.

R. P. Michael Garcia = Alaminos ann. 71. Ex- = Prouincialis, & Prae- = fectus Conuentus dicti = Ordinis.

Deponit, numquam per- = uenisse ad sui notitiam = aliquem ex fratribus = Principalis pretendi- = se ingredi d. Religione.

Num. 27.

Constitutiones Ordinis Cl. Reg. Ministrantū Infirmis, quæ mandant, ut in d. Ordine non admittantur

A

Indispositi aliqua indis- = positione.

B

Habentes Parentes = pauperes, etiam in du- = bio.

C

Vtque per P. Genera- = lem Ordinis dispensari = non possit super aliqui-

*bus de dd. impedimentis
vel super habente ali-
quam occultam infirmi-
tatem, vel incurabilem
indispositionem.*

D

*Demandant, vt profes-
sio emissa cum aliquo
ex dd. impedimentis, sit
eo ipso nulla, nullius-
que roboris, vel mo-
menti.*

E

*Inter impedimenta, que
Professione infringunt,
præscribunt II. si perse-
uerans tulit habitum,
cuiuscumque alterius
Religionis; & IV., si
habet aliquam infirmi-
tatem incurabilem, oc-
cultatam in eius in-
gressu.*

F

*Iubent, vt quilibet Su-
perior, qui admittit ad
habitum, teneatur pro-
testari, & explicare
Perseueranti in Reli-
gione præfata impedi-
menta, & fidem facere
de interrogatorijs fa-
ctis super dd. impedi-
mentiis Perseueranti, à
quo debet etiam sub-
scribi.*

G

*Præscribunt, vt inter-
rogetur Perseuerans su-
per dd. impedimentis,
& super alijs, modo in-
troscripto, vtque etiam
capiatur informatio ab
Extraneis, à Conterri-*

= lem dispensari, & impedimenta indisponibilia sunt ea,
= quæ sequuntur. Primò si perseverans fuisset publicus:
= Hæreticus &c. Tertiò si habet aliquam occultam Infir-
mitatem, vel incurabilem indispositionem. Quartò
&c. Decernimus, & stabilimus, quod si perseverans
dictis impedimentis irretitus, ea quocumque modo, &
forma occultaret, & cum illis Professionem emitteret,
talism Professio ex nunc pro tunc sit nulla, ac nullius ro-
boris, vel momenti, si in ingressu non fuerit detectum
aliquid de dictis impedimentis irritantibus, & sic im-
postorūm, & pro perpetuis futuris temporibus volumus,
quod sub hac tacita conditione, & non aliás, aliter, nec
alio modo acceptentur Professiones nostrorum Reli-
giosorum. Impedimenta verò, quæ Professionem infrin-
gunt, & inualidant, sunt, que sequuntur. Primò, si per-
seuerans fuit Hæreticus &c. Secundò si nullus Habi-
tum cuiuscumque alterius Religionis &c. Tertiò, si est
vxoratus, vel tenetur matrimonium cum aliqua Mu-
liere contrahere. IV. si habet aliquam Infirmitatem
incurabilem occultatam in eius ingressu.

Regula 16.

Volumus, & mandamus, vt quilibet Superior, qui admit-
tit ad Habitum, teneatur protestari Perseueranti præ-
dicta impedimenta tam irritantia, quam non irritantia,
& signanter ei explicare illa, que Professionem inuali-
dant, & ultra ordinariam fidem, quam Examinatores
facere debent, volumus, quod inseratur alia fides in li-
bro receptionis subscriptarum tam per Superiorem,
quam per Perseuerantem, in qua fide testetur fuisse
perseueranti facta debita Interrogatoria super dictis
impedimentis irritantibus, & non irritantibus, & pa-
riter testetur de responsionibus à perseuerante datis.

Cap. 7. = In d.lib.fol. 51. à ter.

Fient diligentes interrogaciones Perseueranti super prære-
latis impedimentiis, & ulterius capietur Informatio ab
Extraneis, vt veritas detegatur, & etiam capietur In-
formatio à Conterrigenis, & Tribunalibus, atque Archi-
uiis existentibus in Patria dicti Perseuerantis, qui etiam
interrogabitur cuius sit Patria, quinam sint eius Paren-
tes, & cuius qualitatis, & exercitij. Si aliquam artem
me-

mechanicam , aut liberalem didicerit, quenam sit, quo-
ue in loco &c.
*Sequuntur alia quindecim Interrogatoria facienda , quæ
breuitatis gratia omittuntur .*

Regula 12.

= Licet Perseuerans sit benè cognitus , hoc tamen non
= obstante admitti nequeat sine p̄dictis diligentij , imo
= p̄figendum est tempus pro probando illius spiritu , &
ad hunc effectum mandetur alicui Religioso , qui illum
instructum reddat de nostro Instituto &c. quique Per-
seuerantem poterit exercere in aliquo de operibus spi-
ritualibus , & corporalibus iuxta nostrum Institutum
in aliquo Hospitali certiorando de omnibus his P̄fe-
ctum , & Examinatores .

Ex cap. 3. dictarum Constitutionum existen-

fol. 53.

Statim , vt Perseuerans admissus fuerit ab Examinatori-
ribus , feretur ad Prefectum Domus Nouitiatus , vbi ,
= retento Habitū seculari per spatum quindecim die-
rum plus , vel minus ad arbitrium Superioris , perma-
nebit Hospes sejunctus à Nonitiis , applicatus Exerci-
tiis spiritualibus Meditationum , Orationum , & Le-
ctionis librorum sacrorum &c.

Quæ quidem Capitula , & particule concordant cum suis
Originalibus existentibus in p̄dictis Constitutionibus
soliis p̄citatatis per me &c.

Vincentius Garzia Not. &c.

Fidem facio ego Licentiatus Alphonsus Garzia Curatus
Parochialis Ecclesiæ huius Oppidi de Meco , qualiter
in uno ex libris Baptizatorum dictæ Ecclesiæ , incept.
de anno 1674. , & terminat. anno 1701. fol. 240. re-
peritur una particula tenoris sequentis , videlicet .

*In Oppido de Meco die 5. Mensis Iulij anni 1699. Ego
Licentiatus Didacus Carrasco Maxuelo V. Curatus
Parochialis Ecclesiæ dicti Oppidi , feci exorcismata ,
posui Sacra Olea , & Chrisma cuidam Infanti nato ex
Ioanne Antonio Serrano , & Angelæ de Ochoa Coniugi-
bus , & ex necessitate domi baptizato per manus Licen-
tiati Pauli de Vera Presbyteri eiusdem Oppidi , cui
imposuit nomen Petrus &c. & in fidem subscripti .*

Licentiatus Didacus Carrasco Maxuelo .

Quæ quidem particula extracta fuit , & concordat cum
suo originali existen. in p̄dicto libro , ad quem me

genis , & Tribunalibus
atq; Archivis existen-
in Patria d. Perseue-
rantis .

H

*Et mandant , præd. ser-
uari , etiam si Perseue-
rans sit benè cognitus .*

I

*Præscribunt insuper ,
vt Perseuerans post
eius admissionem ab E-
xaminatoribus , retine-
re debeat per 15. dies
habitum Sæcularem ,
tanquam Hospes seian-
tus à Nonitiis applica-
tus Exercitijs spiritua-
libus .*

Num. 28.

*Fides Baptismi Petri
Principalis filii Ioan-
nis Antonii Serrano ,
& Angelæ de Ochoa
Coniugum , sub die 5.
Iulii 1699.*

*Ex Traduct. fol. 165.
a ter.*

Num. 29. 30., & 31.

refero; quamobrem, ut constet &c. propria manu
subscripti. In Oppido de Meco die 23. Maij 1727.

Licentiatus Alphonsus Garcia Curatus.

Num. 29.

*Vestitio violenta Habi-
tus Religiosi Petri Prin-
cipalis in Conuentu
Ordinis Ministrantiū
Infirmis Oppidi Ma-
triti, sub die 7. Iulii
1715.*

A

*Principalis fuit d. Ha-
bitu vestitus à P. Ioan-
ne Garzia Prouinciali
nemine ex saecularibus
præsente, & non ser-
uatis Ordinis Constitu-
tionibus.*

Num. 30.

*Professio Regularis
per vim, & metum, ut
supra à d. Petro emis-
sa in d. Conuentu sub
die 15. Iulii 1716.*

Num. 31.

*Fides Collationis pri-
mae Tonjuræ, quatuor
minorum Ordinum, &
Subdiaconatus sub die-
bus 19. & 20. Septem-
bris 1721, à Principa-*

In Oppido Matriti die 1. Aprilis 1727.

In executionem retroscripti decreti &c. cum starem-
ego Notarius publicus infrascriptus in Domu, seu Con-
uentu Clericorum Regularium B. M. V. Assumptionis
nuncupat. in Damaso eiusdem Oppidi personaliter re-
quisiui R. P. Michaelem Garcia Examinatorem, &
Secretarium Religiosæ Communitatis dictæ Domus,
ut coram me exhiberet librum ingressum fact. in Reli-
gionem, & Professionum in illa emissarum, qui illicò
coram me exhibuit unum librum &c., in quo libro
fol. 171, reperitur quædam particula tenoris sequentis
videlicet.

*Die 7. Mensis Iulij anni 1715. Adm. Reu. P. Provincialis
Iohannes Garcia vestiuit nostro Sacro Habitū d. Petrum
Serrano, & Ochoa pro statu Sacerdotali in Altari Ma-
iori nostræ Ecclesiæ, præsente maiori parte Religiosæ
Communitatis, & me Secretario infra scripto, qui in
fidem subscripti die, mense, & anno predictis.
Io. Antonius Rubielo Secretarius.*

Et in eodem folio a tergo reperitur una particula Pro-
fessionis in calce subscriptæ, cuius tenor est, prout se-
quitur videlicet.

*Prærelatus P. Petrus Serrano, & Ochoa sclemnem suam
Professionem emisit in manibus Adm. Reu. P. Provincialis
Petri Reuilla sub die 15. mensis Iulij anni 1716. in
Altari Maiori nostræ Ecclesiæ, præsenibus maiori
parte Religiosæ Communitatis, & pluribus personis sa-
ecularibus; Quamobrem, ut constet subscripti &c.
Io. Antonius Rubielo Secretarius &c.*

Quæ quidem particulæ concordant cum suo originali exi-
sten. in dicto libro &c. prout fidem facio &c.

Vincentius Garcia Notarius &c.

*Doctor D. Dionysius Mellado &c. Episcopus Larensis suf-
fraganeus Toletanus &c.*

*Vniuersis &c. notum facimus, quod anno &c. 1721. die
verò 19. Septembris feria sexta quatuor Temporum &c.
Matriti &c. de licentia &c. Archiepiscopi Toletani &c.
dilectum nobis in Christo P. Petrum Serrano Religio-
nis*

nis Clericorum Regularium Ministrantium Insirmis ad primam Clericalem Tonsuram, & quatuor Gradas, Sabatoque sequente ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem cum literis sui Superioris, dispensatis interstitiis, examinatum, & approbatum ritè, & canonice promovimus. In quorum &c. Dat. vt supra.

Dionisius Episcopus Larensis

Loco + sigilli.

Iosephus à Valle Secretarius

Sequitur legalitas in forma.

In executionem præcedentis Decreti, Ego Notarius infra scriptus personaliter me contuli, vna cum dicto D. Curato Iudicæ Commissario, ad Ecclesiam Parochialem huius Oppidi de Chillaron, & aperto per D. suam Archiuio prædictæ Ecclesiæ, reperta fuit in uno ex libris ibi seruatis fol. 15. terg. particula tenoris seq., videlicet.

In Oppido de Chillaron del Rey die 5. mensis Octobris

1721. obiit Ioannes Antonius Serrano Magister Scholæ in dicto Oppido summoperè pauper, itaut non habuit de quibus testari; Recepit Sancta Sacra menta Pænitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ unctionis; sepultus fuit in Parochiali Ecclesia eiusdem Oppidi, recitato primo Noturno Officij Mortuorum, ac celebrata, Corporæ præsente, Missa cum Diacono, & Subdiacono assistentibus omnibus Confraternitatibus, & hæc omnia præ charitate &c.

Quæ quidem particula fuit fideliter extracta, & concordat cum suo originali existens. in dicto libro &c., & ut constet subscripti in dicto Oppido de Chillaron die 11.

Junij 1727.

Ioseph Garaij Notarius publicus.

Sequitur legalitas &c.

In Nomine Domini. Amen.

Ego infrascriptus Sacerdos Petrus Serrano præ oculis habens Sanctam Dei Timorem, medio iuramento, quod super infrascriptis omnibus præsto, racto pectori more Sacerdotali, omnibus, cunctisque, quibus præsentes meæ litteræ peruerterint, & præsertim Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papæ XIII. ac Sacrae Congregationi Concilij, & Eminentissimis, ac Reverendissimis DD. Cardinalibus illam componentibus,

li suscep. metu Genitoris, postea defuncti in mense Octobri eiusdem anni, ut in præ. Summ. num. seq.

Fides obitus Io. Antonii Serrano Genitoris Petri Principalis sub die 5. Octobris 1721., legaliter extracta e libris Parochialibus, & existens. in Traduct. fol. 164. à ter.

A

Ex ea liquet, d. Io. Antonium Scholæ Magistrum obiisse summoperè pauperem, & non habuisse de quo testari, ipsique fuisse celebratum Funerale pro charitate.

Declaratio, prævio iuramento, emissa à Petro Principalis die 3. Septembris 1728.

A

*Declarat, nū unquam
ten-pore vitæ fug incli-
nasse ad Statum Regu-
larem, benè tamen ad
statum Presbyteri Sæ-
cularis.*

B

*Habitum Religiosum
in Ordine Ministran-
tium Infirmitatis suscepisse
coaltè, summoque ani-
mi fuit agrore, & af-
flictione, lacrymis,
aliisque pluribus mo-
dis declarato.*

C

*Et quia non poterat
aliter facere ob violen-
tias ad hunc effectum
sibi à Genitore illatas,
quas hic exprimit.*

D

*Et ob vim, & metum
tantum actus fieri soli-
tos à Religiosis in d.
Ordine expeluisse, eius
tamen voluntate sem-
per repugnante.*

E

*Declarat furorem Ge-
nitoris etiam contra
Pvorem, quam, nisi au-
fugisset, viquæ neca-
set, ex quo illum mo-*

declaro, & exploratum reddo, qualiter veritas fuit, & est, quod ego toto tempore vita meæ, a die, qua usum habui rationis usque ad præsens, nū unquam habui inclinationem, nec voluntatem ingrediendi aliquam Regularium Religionem, minusque in ea profitandi, & essendi Religiosum Regularem, sed semper a dicta die habui, prout modò habeo inclinationem, & vehementissimam voluntatem Deo inseruendi in statu Presbyteri Sæcularis. Et si habitum Religiosum susceppe in Religione Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, vulgo Agonizantium, ac in dicta Religione Regulari Professione emisi, id fuit, non quidem mea intentione, sed summo animi mei mærore, & afflictione, verbis, & lacrymis, aliisque etiam modis extrinsecis a me sàpè sàpius declaratis, & expressis, & quia non poteram aliter facere ob continuas minas, verberaque, priuatas etiam carcerationes in una Aula (à qua, ut alias maiores minitatas punitiones euitarem, semel preceps rui ab una fenestra ad Atrium) & uno verbo dicam, ob vim, & metum gravissimos cadentes nedum in animum meum, multum, tunc præserim, pusillanimum, sed etiam in constantissimum Virum, crudelissimis medijs, ac modis mibi illatos, & inflictos a D. Ioanne Antonio Serrano quondam meo Genitore, ad præcium effectum, ut fierem Religiosus; & ob prædictas etiam causas, actus fieri solitos à Religiosis in dicta Religione expleui, non vero mea inclinatione, & voluntate, sed benè semper animo, & voluntate mea repugnante, & contradicente. Et certè (teste Deo scrutator Cordium, ac Testibus etiam non paucis, sed quamplurimis personis de præsenti facto plenam notitiam, ac scientiam habentibus, ingressum in dicta Religione, seu alia numquam fecisset, multoque minus in ea Regulari professionem emissum, neque dictos aëlus umquam exercuisse, si fuisset in mea liberitate, & non timuisset inexplicabiles violentias, aliasque priuatas carcerationes, quibus sapissime me afficerat dictus meus Genitor, qui adeò erat obsecratus circa suam voluntatem in eo, ut fierem Religiosus, ut non dubitauerit armis insequi meam etiam Genitricem, quam certè occidisset, nisi ipsa arripuisset fugam, & dictus quondam Genitor non alia de causa id fecit, quam ex quo dicta paupertima Genitrix mea, semper bene-

diقا, illi dicebat, quod dum meus animus nulla atenuis erat essendi Religiosum, non me compellere poterat, neque adstringeret per violentias, & terrores ad ingrediendam dictam Religionem, quodque ut sum contra suam voluntatem.

Religiosus contra meam voluntatem = Dico insuper, & declaro medio prædicto iuramento, quod iterum, & de novo præsto, tabto pectori more Sacerdotali, quod omnia, quæ testes ad mei instantiam examinati per Curiam Ecclesiasticam Matritensem, & de eius mandato vigore facultatis sibi datae ab Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Patribus dictæ Sacrae Congregationis Concilij, dixerunt, & deposuerunt super vi, & metu prædictis, non solum sunt vera, & indubitata, sed violentias, & supplicia, quæ passus fui, mihi factas, & data à dicto quondam meo Genitore, ut fierem in dicto Ordine Religiosus, fuerunt sine dubio multò maiora, quam prædicti Testes expresserunt, & cum dicto iuramento id attestor; quia nemini melius ea nota sunt, & manifesta, quam mihi, qui ea recepi, & passus fui. Prout quoque vera sunt alia, quæ ijdem Testes deposuerunt, præsertim super Consultationibus a me procuratis ab hominibus doctis, & scientissimis Ciuitatis, & Vniuersitatis Complutensis super nullitate meæ professionis, & laceratis a quondam meo Genitore: super repugnantia, quam semper, & continuo habui essendi Religiosum, & manendi in Religione, ac super mea incurabili infirmitate, qua fui affectus ab etate sex circiter annorum, & quam, Deo sic volente, adhuc patior.

Pariter declaro, dicto iuramento mediante, quod Ego semper habui, prout habeo pro nulla, inani, & inutili Professionem à me emissam in dicta Religione, ut emissam ob vim, & metum prædictos, & contra meam inclinationem, & voluntatem, ut iam superiùs declaravi, & medio diæto iuramento iterum declaro, & declarabo semper usque ad exitum vitæ meæ.

Itidem eodem iuramento declaro, quod omnes Religiosos actus cum totali repugnantia, & per vim, & metum superiùs expressos, & declaratos exequutus fui in dicta Religione, quin vñquam habuerim complacentiam illos faciendi tamquam Religiosum, dum nunquam me in talen recognoui, siue existimau, prout non existimau,

nebat, ut violentius Declarat, non adigeret ad statum Religiosum contra suam voluntatem.

F

Declarat, violentias, minas, & supplicia ab eius Genitore sibi illata ad hoc, ut fieret Religiosus in d. Ordine, longè maiora fuisse, quam Testes in hac Causa de ordine huius Sac. Cong. examinati deposuerint.

G

Vera esse omnia deposita per dd. Testes tam super Iuriam allegationib. à Declarante obtentis pro annullanda eius Professione, postea à Genitore laceratis, quam super repugnantia Declarantis in Religione, ipsiusque infirmitate incurabili.

H

Semper habuisse pro nulla, & inutili eius Professionem, ut emissam ipso penitus repugnante, & per vim, & metum prædictos.

I

Actusque Religiosos in d. Ordine expluisse ob prefatam duntaxat causam, semper tamen eius repugnante voluntate.

tate, dum nunquam se
recognouit Religiosum
d. Ordinis.

K

Præserium post Genitoris obitum, eoque tempore id maiori evidētia, quām priūs, omnibus demonstrasse, ac suscepisse Documenta, in Processu iam producta, pro obiinenda declaracione nullitatis suæ Professionis.

L

Refert causam, ob quam statim post obitum Genitoris non intentauit hoc Iudicium, semper tamen, & continuò cogitasse illud introducere.

M

Declarat, ab anno 1721. per totum annum 1725. nunquam interfuisse actui ratificationis Votorum fieri solito in qualibet festivitate SS. Conceptionis B. Mariæ Virginis, dilaque Vota nec tacitè, nec expressè ratificasse, probatque negatiuam ratificationis.

neque reputo, attenta Professione per vim, & metum emissam, & consequenter nulliter; Et multò magis id mihi evenit ab eo temporis momento, quo meus Genitor ab hac vita discessit, dum non solum explicandi, prout de cætero semper etiam explicaueram etiam antea obitum mei Genitoris, animum meum varijs personis, sed magis præcisè id feci tunc temporis, & verbis, & factis monstrando omnibus totalem meam displicantiam in exequendis, quæ mihi mandabantur; nullam penitus rem faciendo cum complacentia, sed etiam suscepit authenticæ Testimonia super nullitate meæ Professionis iam præsentata in Processu per dictam Curiam Ecclesiasticam Matriti constructum de mandato dictæ Sacrae Congregationis, idque feci, & cum dictis testimonijs, statim ac ad Sacrum Presbyteratus Ordinem ascendensem (attento quod ego de tempore, quo meus Genitor obiit, iam promotus reperiebar ad Sac. Ordinem Subdiaconatus, cuius testimonium nunc remitto) & antequam expleretur quinquennium post obitum mei Genitoris, recursum haberem pro iustificatione nullitatis meæ Professionis per vim, & metum emissam; & ut facilius, & absque Superiorum Religionis impedimento assistere valorem huiusmodi negocio, tam mihi virginati, procuraui licentiam assistendi meæ Genitrici extræ Claustra, cuius tamen licentiæ executionem obtinere posteà non potui; quæ inexequitio fuit etiam causa, vt in longum protraheretur meus recursus, quem semper, & continuò facere cogitabam aduersus Professionem à me per vim, & metum, ut supra, emissam.

Insuper declaro, prævio dicto Iuramento, qualiter actibus publicis, in quibus ratificabantur Vota solemnia, & præsertim in illis, qui evenere ab anno 1721., quo obiit Genitor meus, non astiti, dum dicto anno 1721. graviter infirmus extiti à die prima usque ad diem circiter duodecimam Decembris, transacto iam die festivitatis Conceptionis Beatae Mariæ Virginis. In anno 1722. pariter infirmus iacui per totum mensem Decembris. In annis 1723., & 1724. fui ad prædicandum in loco de Fonçarral, à die septima usque ad nonam mensis Decembris. In anno 1725. mansi à die secunda Decembris prævia licentia assistendo in Nouenario D. Comitis de la Cadena usque ad diem duodecimam eiusdem mensis inclusuè. Ex quibus evidens fit, quod in nullo renovationis votorum actu astiti, & per consequens, quod nec tacitè, nec expressè coram Deo, nec coram

cordam boninibus ratificauerim dicta Vota; Et quamuis adfuerim in actu, qui celebratus fuit in die festivitatis Sanctissimæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis anni 1726., in hoc solum interfui ad cuitandas vexationes, quæ, nisi astitisset, poterant mibi certo certius causari à Superioribus Religionis, non verò illi interfui, ut Vota Religiosa, iam nulla, verè confirmarem, aut facerem pro ratificanda Professione nulliter à me, ut supra, vti ob vim, & metum prædictos emissam, dum nunquam à die, quo illam violenter feci (& in quo crucem de pectore illico perdidi, & adfui sine illa, quoisque mihi aliam posuerunt, demonstratio evidens, vt cognoscerent repugnantiam, qua illam suscepi; propter quod dignissimus P. Provincialis, tunc temporis (iam defunctus) P. Petrus Reuilla, coram meis Parentibus, exclamauit, & dixit: Signum hoc perditæ Crucis magni misterij est) nec tacitè, nec expressè intellexi dictam Professionem, votaque Religiosa ratificare (Deus scit, quod non mentior) attenta summa repugnantia, quam semper, & continuò habui, & habeo ad statum regularem. Et est adeò verum, quod cum dicto actu expleto in festo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis anni 1726. non intellexi renouare Vota antecedenter à me ob vim, & metum prædictos emissam, quod ego in eodem met actu publicè, & palam coram Religiosa Communitate, me, animumque meum his verbis declaravi, videlicet = Facio id ipsum, & eadem met forma, prout Professionem feci, intelligens pro meo interiori, & pro aliquibus, qui iam sciebant, quod sicuti actus ille professionis fuerat per vim, & metum factus, & consequenter nulliter, ita etiam exequabar alium secundum actum ratificationis, vel

renouationis votorum, & ideo neque ante, neque post dictum actum, & nunquam senti in me vocationem, aut inspirationem emittendi, aut ratificandi dd. Vota, siue effendi Religiosum, & multò minus à tempore, quo iudicialem promoui instantiam super nullitate dictæ meticulosæ, & violentæ Professionis.

Et licet simili actui expleto de anno 1726. præsens fuerit, declarat, prævio iuramento, id fecisse ob metum Superiorum duntaxat, non verò, ut præd. Vota à se alias nulliter emissam, confirmaret.

Declarat, nunquam intellectisse ratificare suam Professionem nullam nec tacitè, nec expressè à die, quo illam per vim, & metum emissit.

Attenta summa repugnantia, quam semper, & continuò habuit, ac habet ad statum Regularem.

Et de eo protestationem etiam publicè emissæ in dict. actu anni 1726. illis verbis: Facio id ipsum, & eadem met forma, prout Professionem feci: hoc est actum nullum, sicuti fuit nulla Professione, vti emissæ per vim, & metum: de qua protestatione constat sup. num. 18. litt. C.

Iterum declarat, nunquam tempore vite sua Professionem ratificasse nec tacitè, nec expressè.

S

*Nec unquam habuisse
inspirationem, adhuc
minimam, esseendi Reli-
giosum.*

T

*Exprimit, infinitas
Animæ suæ amaritudi-
nes, quas continuò ex-
pertus fuit, & exper-
tur in statu Regulari;
non aliter sedandas,
quam cum rescripto, ut
Declarans statum assu-
mat Presbyteri Sæcu-
laris, à se, ab infantis,
semper concupitum.*

V

*Pro quo benigno rescri-
pto demissimè, & per
viscera D.N.Iesu Chri-
sti supplicat EE. PP.
huius Sac. Congrega-
tionis.*

X

*Denud iurat, omnia
per eum superius decla-
rata, fuisse, & esse
vera.*

Y

*Seque subscriptibit cor-
ribus Testibus rogatis.*

Z

*Et coram Notario A-
postolico, ac Officiali
Tribunali Nuntiatu-
re Regnum Hispa-*

Denique declaro, quod ego non sum vocatus à Deo ad statum Regularem, dum neque ante, neque post coactum, & meticulosum ingressum in Religionem, aliquam habui inspirationem essendi Religiosum, aut mandandi in dicto statu violenter suscepto; Et si in tali statu cogerer in posterum permanere, quod Deus penitus, penitusque auertat, crederem certè, & indubitanter, quod in ultimo viæ meq; spiritu non essem redditurum, vel difficillimè, Animam meam Deo Creatori; tanta est eiusdem animæ meæ perturbatio, qua continuò crucior, & quam expertus semper fui, & experior in statu Regulari; quam tamen inquietudinem animæ utique Deo etiam dante, non habebo in statu Presbyteri Sæcularis, attenta inclinatione, quam ab infantia, & continuo semper habui ad dictum statum, quem omnino assequi spero mediante præcedenti declaratione nullitatis diæ Professionis à me citra omnem meam voluntatem emissæ; quam declarationem submisissimè, & qua maiori possum humilitate, ac per viscera Domini Nostri Iesu Christi exposco ab Eminentissimis, & Reuerendissimis, Dñis, Patronis, & Protectoribus Iustitiae DD. Cardinalibus Sacrae Congregationis Concilij, vt tandem in reliquis diebus vitæ meæ pauperrimæ possim Deo quietè inservire, eidemque supplicare, ut eisdem Eminentissimis, & Reuerendissimis PP. optimam salutem ad Nestorios annos elargiatur.

Et quia omnia, & singula prædicta certa sunt, verissima, & indubitata, ideoque ea omnia pro talibus ratifico, & iuro tacto pede more Sacerdotali; & in dñ. omnium comprobationem, & vt veritas suum locum habeat, præsentem declarationem, siue declarationes iuratas mea propria manu scripsi, & coram infrasci- ptis Testibus, & Notario subscripsi. Matriti bac die tertia Septembris anni Domini 1728.

Ego Sacerdos Petrus Serrano declaro, & iuro modis, & formis, quibus supra &c.

Pro teste rogatus, D. Michael à Aguirre.

Pro teste rogatus, Franciscus à Samalea &c.

Pro teste rogatus, Julianus à Santos &c.

Coram me Vincentio de Castrouerde &c.

Ego Vincentius de Castrouerde Notarius Apostolicus, ac Officialis Litterarum Apostolicarum, & Commissionum Tribunalis Nunciaturæ Apostolicæ in his Hispaniarum Regnis, præmissis omnibus, & singulis, unde cum prænominatis Testibus, qui suis nominibus insimul

cum Declarante se subscripterunt, ut supra, praesens, & personaliter interfuerunt. Ideo hoc praesens Instrumentum signo, & subscriptione meis solitis, & consuetis munitioni requisitus. Matriti Toletan. Dioc. eadem die 3.

Septembris Anno Domini 1728. &c.
In Testimonium veritatis.

Vincentius de Castroquerde.

Nos infrascripti Notarij Apostolici in Tribunali Nunciaturæ Apostolicæ in his Hispaniarum Regnis fidem facimus, & attestamur, antedictum Vincentium de Castroquerde, qui supradictum Instrumentum subscriptis, & subsignauit fuisse, & esse Notarium Apostolicum, ac Officiale Literarum Apostolicarum, & Commissionum eiusdem Tribunalis talem qualem facit fidem, & legalem, suisque scripturis, & Instrumentis constitutis per eum subscriptis semper adhibitam fuisse, ac adhiberi fidem in Iudicio, & extra. In quorum fidem &c. Matriti die, mense, & anno indicato. Instrumento contentis &c.

In Testimonium veritatis Canonicus de Alba.

In Testimonium veritatis Carolus de Carriola.

In Testimonium veritatis Antonius Nolgado &c.

Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini.

In executionem mandati EE.VV. expedit. sub die 7. mensis Septembris anno 1726. ad instantiam Procuratoris Petri Serrano Religiosi Sacerdotis Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, vulgo Agonizantium, commorantis in Conuentu nostræ Dominæ Assumptionis nuncupat., Oppidi Matriti, super & eo, quod Sanctitas Sua cum eodem Oratore dispensem latipsum Quinquennij, ut instare valeat pro declaratione nullitatis suæ Professionis, facta fuerunt Acta, & probationes coram meo Vicario prædicti Oppidi in vim meæ Commissionis illi traditæ, auditæ Superiore locali, & Fiscale Ecclesiastico: Testes, qui in illis deposuerunt, sunt Personæ fide dignæ, & timoratæ Conscientiæ, eorumque depositionibus adhibenda est fides: Quapropter videtur, quod prædictus Procurator Petrus iustificauerit contextum supplicationis Sanctissimo fætæ, quam originaliter EE. VV. remitto vna cum copia autentica omnium Actorum desuper factorum, ut ijs visis mandent quidquid expedire censuerint. Altissimus diu seruet

nix, qui actum legaliter auit.

AA

Dicitus Notarius est fidelis, & legalis, eiusque scripturis semper adhibita fuit, & de præsenti adhibetur plena fides.

Informatio Eñi Archiepiscopi Toletani ad hanc Sac. Congregacionem transmissa de eius mandato; una cum Voto pro concessione Restitutionis integrum sauore Principali, sub die 12. Augusti 1727.

A

Refert, Processum suis se constructum à Vicario Gen. Matriti in vim Commissionis illi traditæ, auditæ Superiore Locali, & Fiscale Ecclesiastico; refert que Testes inductos

à Principale, esse omnes fide dignos, & timoratae conscientiae.

uet EE. VV. incolumes, prout in votis habeo. Matriti die 12. Augusti anno 1727.
Eminentissimi, & Reuerendissimi DD. = Deosculatur manus EE. VV. humillimus earum famulus = Didacus Archiepiscopus Toletanus.
Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus Sac. Congregationis Concilij.

Num. 35.

Instantia Religionis porrecta sub die 11. Februarij 1727. cor. Iudice Subdelegato. Ex Traduct. fol. 24.

Emanuel Monedero nomine, & vt legimus Procurator Ven. Conuentus, seu Domus Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis &c. huius Oppidi Matriti, prout constat ex instrumento publico mandati procurare per supradictum Conuentum tradit. &c. ac in actis producit. &c. respondeo cuidam Petitioni &c. posit. per P. Petrum Serrano Presbyterum eiusdem Ordinis, quae notificata fuit meis Principalibus, in qua d. P. Serrano pretendit debere declarari fuisse, & esse nullam &c. Professionem ab eo emissam &c., & posse ad saeculum redire &c.

A

In ea facetur, Principalem, ob oppositiones ipsi factas ab ipsamet Religione, non obtinuisse a Rmo Nuntio Hispaniarum exequationem Brevis sibi elargiti ab hac S. Congregatione, ut manere posset extra Claustra; quod etiam depositus P. Provincialis, num. 22. litt. F.

Num. 36.

Aggrauatoria per Reverendiss. Nuntium Hispaniarum sub pena excommunicationis latæ sententia relaxata aduersus P. Priorem Conuentus Ordinis Carmelitarum Calceatorum Matriti, ut omnino licentiam concederet Fr. Iohanni Serrano se

Vlterius accedit, quod post obitum dicti eius Genitoris etiam obtinuit Beneficium Apostolicum, ut Habitu retento assisteret eius Genitrici, permanendo in istius Domu; quod rescriptum, licet P. Serrano exhibuerit in Tribunal Nuntiaturæ Apostolice pro illius executione, quia mei Principales se opposuerunt, recessit a simili prætensione, prout mei Principales, quatenus opus sit, iustificabunt &c.

Detur huius Petitionis copia Parti P. Petri Serrano &c. Matriti 11. Febr. 1727. &c.

Coram me Antonio de Santiago &c. Notario &c.

Nos D. Alexander Aldobrandini &c. Nuntius &c. Apostolicus in his Hispaniarum Regnis &c.

Per præsentes, & ex auctoritate Apostolica nobis concessa &c. mandamus P. Magistro Alphonso Cid actuali Priori Conuentus Ordinis Carmelitarum Calceatorum huius Oppidi, virtute Sanctæ Obedientie, & sub pena excommunicationis maioris latæ sententia &c. vt statim, ut fuerit cum præsentibus requisitus, videat mandatum per nos relaxatum sub die 27. mensis Maij anni currentis ad instantiam P. Petri Serrano Presbyteri Ordinis Cleric. Regul. Ministrantium Infirmis, quod mandatum suis,

fuit ipsi P. Priori aliàs notificatum, & non obstante sua subiiciendi exponi in responso de tempore notificatiois data, illicò pareat, concedendo licentiam Fr. Ioanni Serrano Religioso Laico dicti sui Conuentus, ut tanquam Testis deponat in Causa, de qua in dicto mandato fit mentio, & sic adimplat; cum perceptione, quod si secus egerit, ex nunc pro tunc declaramus eum esse incursum in dd. censu as; ideoque mandamus Curatis, & Vice Curatis huius Oppidi Matriti &c. nec non Subpriori prædicti Conuentus Carmelitarum Calceatorum, ut constito eis de notificatione præsentium, & non de earum complemento, publicent, & declarant in publicum excommunicatum &c. P.M. Alphonsum Cid in suis respectiue Ecclesijs, & in dicto Conuentu &c. donec, & quoisque cum effectu paruerit &c. quam excommunicationem nobis, vel Superiori nostro tantummodo reseruamus &c. Et mandamus cuicunque Notario nostri Tribunalis, ut præsentes illicò notificet, & fidem faciat. Datum Matriti die 7. Junii 1727.

Philippus Tabanelli Auditor.

De mandato Dominat. Suæ Illusterrissimæ

Ioannes Lopez Delgado Pro-Secretario Ipoza.

A
Idque ob eius contumaciam in parendo alteri Decreto ipsi notificato die 31. Maii, & 4. Junii 1727., ut in Traduct. à f. 166. per tot. f. 175.

B
Et fuit relaxata sub die 7. Junii 1727.

In Oppido Matriti die 9 mensis Junii 1727. Ego Notarius Receptor infra scriptus personaliter notificaui retroscri- pcam aggrauatoriam una cum præcedenti mandato Illusterrissimi, & Reverendissimi Nuntii Apostolici &c. R. P. M. Alfonso Cid Priori Conuentus Carmelitarum Calceatorum huius Oppidi, qui dixit esse promptum, & paratum parere, ac quamprimum licentiam concede- re, & impetriri Fr. Ioanni Serrano Religioso Laico prædicti sui Ordinis, & Conuentus &c.

Michael Casariego Trel Notarius.

C
Notificatio diætæ Agrauatoriae sub die 9. Junii 1727. facta Priori, qui, illius vigore, præfata licentiam tandem concessit.

Antonius Rama Palomino nomine, & uti legitimus Pro- curator P. Petri Serranno &c. Pariterque Domina- tioni Vestræ supplico, ut pro nunc, & donec hæc Cau- sa terminetur dignetur mandare, quod Superior diæti Conuentus &c. non impediat meo Principali liberta- tem ingrediendi, & exeundi horis Regularibus pro fa- ciendis suis defensionibus, & diligentius necessarijs pro prosecutione præsentis Causæ, quia nihil innoquet con- tra meum Principalem &c.

Habeatur pro præsentata &c. & notificetur R. P. Præfe- ctio

Num. 37.
Instansia Principalis, quod mandetur Superioribus Regularibus Ordinis, ut nihil inno- uent contra ipsum pen- dente hac lite.
Ex Traduct. fol. 7. ad 12. à ter.

A
Cum decreto iuxta peti- cto

ta, & dicti Superioris illum tractent, prout hactenus consueverant, factio sub die 14. Ianuarij 1727.

Eto Conuentus Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis &c. ut pro nunc, & donec ista Causa terminetur, non impedit hanc Partem ingredi, & exire horis Regularibus, & audientiae pro effectibus &c. expressis quin aliquid innouent nec circa eius personam, nec quoad alimenta, tractando hanc Partem, prout usque nunc consueverunt &c. Ita &c. Matriti die 14. Ianuarij 1727.

Doctor Damasio.

B

Notificatio dicti Decretri die 15. dicti mensis personaliter facta Præfecto Conuentus, qui respondit, esse promptum obedire.

In Oppido Matriti die 15. Ianuarij 1727. Ego Notarius publicus infrascriptus legi, & personaliter notificauit retroscriptum Decretum &c. Reu. P. Sebastiano Cuetto Præfecto &c. qui &c. dixit esse promptum, & param non impediendi P. Petru Serrano &c. ingressum, & exitum.

Sebastianus Cuetto Præfectus.

Nicolaus Ruiz Montana Notarius.

Num. 38.

Aliud Decretum sub die 9. Maij 1727., quo iniungitur dd. Superioribus, ut conservent Petrum Principalis antiquitatem tam in intus, quam extra Domum ipsi ablatam, & alias removent nouitates contra eum introductas in odiu huius Causæ, utque nil aliud innouent, sub paenarum comminacione.

Ex Traduct. fol. 62. & 63.

A

Illius notificatio personaliter facta P. Præfecto d. Conuentus, qui respondit, Decretum audiuisse; sub die 10. d. mensis Maij 1727.

Notificetur Reu. P. Præfecto Domus, seu Conuentus Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, vulgo Agonizantium huius Oppidi Matriti, & cuicunque alio Superiori d. Conuentus, ut conservent antiquitatem, quam P. Petrus Serrano usque nunc habuit tam in intus, quam foris d. Domum, & ne aliquid innouent, donec hæc Causa terminetur, & decidatur, & ne impedit hanc Partem ingredi, & egredi a dicto Conuento horis Regularibus audientiae pro effectibus in actis petitiis; & ne etiam aliquid innouent circa illius personam, alimenta, & reliqua, prout iisdem mandatum fuit per decretum a D. S. prouisam sub die 14. mensis Ianuarii anni currentis, translando sicutum P. Petrum Serrano eodem modo, & forma, quibus tractare illum consueverant, antequam præsens Causa promoueretur, & prout illius graduationi debet, & conuenit. Sic promptè exequantur, cum perceptione, & monitione, quod si secùs egerint, procedetur ad iuris, & facti remedia opportuniora. Ita &c. Matriti 9. mensis Maij 1727.

Doctor Damasio.

Coram me Antonio de Santiago, & Santaella Notar.

In Oppido Matriti die 10. mensis Maij 1727. Ego Notarius publicus infrascriptus iuxta formam, & tenorem retroscripti Decreti per D. Vicarium Ecclesiasticum Matritensem prouisi &c. personaliter illud notificauit Reuer. P. Antonio de Zamora moderno Præfecto Domus;

scù

scù Conuentus B. M. V. Assumptionis nuncupat. in Damaso Ord. Clericorum Regularium Ministrantium Infirmitis, vulgò Agonizantium huius Oppidi. Et cum di-
ctus P. Præfectus tenorem prædicti Decreti bene intelle-
xisset, respondit id audiuisse, & in fidem, ut constet,
subscripti.

Ioseph Lucio, & Chartes Notarius.

Antonius Rama Palomino vii legitimus Procurator P. Pe-
tri Serrano &c. degen. in Conuentu, vel Domo B.M.V.
Assumptionis nuncupat. in Damaso huius Oppidi Ma-
triti in actis huius Litis, & Causæ verten. contra Reu.
P. Præfectum, Procuratores, & cæteros Religiosos
prædicti Conuentus, de, & super nullitate suæ Profes-
sionis per vim, & metum emissæ coram D. V. &c. Sed
bis non obstantibus, per prædictos Superiores in odium di-
cta litis, & in spretum præcitor. Decretorum per Do-
minationem Vestram prouisorum, fuit statim deuentum ad
exequendum contra personam mei Principalis ea, quæ
nunquam executa fuerant, mandando, ut meus Principa-
lis in publica Communitate federet in ultimo loco, & ut
tam de nocte, quæ de die iret extra Conuentum ad assi-
stentiam præstandam Infirmis, & ut surgeret valde manè
de lecto, licet præcedenti nocte vigilasset, in quo cuncti
Prælati, & etiam modernus, attenta illius mala salute,
dispensauerant, stante quod meus Principalis est graui-
ter affectus habituali pectoris morbo, ex qua continuò
prorumpit in sanguineos vomitus, & hoc non obstante
compellitur ad Missam celebrandum valde tardè, & om-
nibus Religiosis impositum fuit formale præceptum, ne ul-
lus ex ijsdem virtute Sanctæ Obedientiæ intret in Cubicu-
lum mei Principalis, & Sacerdotibus iuuenibus manda-
tum fuit, nec cum illo alloquantur: Ex quibus omnibus
evidenter resultat, dictos Superiores habere in animo,
quod meus Principalis quæcum citò moriatur, vel quod
si ipse proferat ullum querimoniæ verbum, possit con-
tra ipsum Processus fabricari, & in Carceribus intrudi,
quod & apparet ex assiduis minis, quas in eum quotidiè
incutunt; Quibus omnibus Dominatio Vesta debet au-
toritate Supremi Iudicis quamprimum occurrere, & op-
portuno iuris, & facti remedio subuenire; Ideoque
vtendo iure, quod meus Principalis iam protestatus
fuit, & vigore praxis, & stylis in similibus casibus incon-
cussi, supplico Dominationi Vestræ, ut in vim auctorita-
tis, ne mori cogeretur.

Et quia præfati Supe-
riores in spretum dd
Decretorum, & in-
odium presentis Causæ,
mandarunt etiam quod
Principalis in publica
Comunitate federet in
ultimo loco: ut tam de
nocte, quæ de die iret
extra Conuentum ad
assistentiam præstan-
dam Infirmis, & quod
surgeret valde manè,
licet præcedenti nocte
euigilasset, quando pri-
us à prædicta assisen-
tia fuit semper dis-
pensatus attento eius
morbo, de quo supra
n. 15. & 16. vtrobi-
que lit. l. n. 18. lit. D.
& n. 19. & 20. per to t.
Quod Missam cele-
bret valde tardè; &
ultra minas, quas in
cum continuò incutunt,
iniunxerunt etiam Re-
ligiosis, ne aliquis
ex eisdem cum eo allo-
quatur, vel intret in
eius Cubiculum.

Ex Traduct. fol. 218.

A

B

Hinc Principalis insti-
tit pro opportuno reme-
dio, ne mori cogeretur.

tis, & facultatis sibi competen. ex commissione Sac. Congregationis S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, dignetur mandare, quod prædictus meus Principalis loco depositi ponatur in quocumque Conuentu, seu Domo Religiosa huius Oppidi Matriti, Dominationi Vestræ benè viso, in quo permaneat usque ad exitum præsentis Causæ, cum facultate tamen excundi tam pro defensione eiusdem Causæ, quam pro ceteris alijs negotijs necessariis, & opportunis, super quo imploro officium Dominationis Vestræ, & facio petitionem, quæ sit magis utilis, & necessaria pro tuitione iuris dicti mei Principalis, ac protestor de expensis, nec non in forma iuro banc instantiam non esse calumniosam, sed directam ad conseruationem iuris, & personæ prærelati mei Principalis, & non solum isto &c.

Licentiatus Don Io. Antonius de Albala Inigo.

Antonius Rama Palomino.

D

Et D. Iudeo Subdelagatus, attenta veritate expositorum, mandauit P. Priori Conuentus S. Philippi Ordinis S. Augustini Oppidi Matriti, ut reiineat Principalem in suo Conuento loco depositi; sub die 4. Junii 1727., in cuius Decreti sequelam d. Prior ita se obligauit, ut in Traduct. fol. 221

Facta obligatione per Reuerendissimum P. Priorem Regij Conuentus S. Philippi Ordinis S. Augustini huius Oppidi Matriti de retinendo in forma depositi P. Petrum Serrano Presbyterum Ord. Clericorum. Regul. Ministrantium. Infirmis, deponatur eius persona in dicto Conuento, permisso eidem exire horis Regularibus pro casibus, & rebus pertinentibus ad sollicitationem, prosecutionemque Litis, & Causæ pendentis in hoc Tribunalis, de, & super nullitate sue Professionis; Quæ obligatio, & depositum respetuè fiant coram Fiscali huius Audientie, & coram quocumque ipsius Notario, cui ad hunc effectum datur opportuna commissio in forma. Ita decreuit Reuerendissimus V. I. D. Don Christopharus Damasio Inquisitor Ordinarius, & Vicarius Ecclesiasticus Matritensis &c. in Oppido Matriti die 4. mensis Junii anni 1727.

Doctor Damasio.

Coram me Antonio Santiago, & Santella Notario.

SAC. CONGREGATIONE

CONCILII

Rmo P. D.

DE ABBATIBVS

SECRETARIO

Toletana Restitutionis in integrū

P R O

R.D. Petro Serrano.

Summarium.

Typis Giannini, & Mainardi 1729. ♦

Toletana Restitutionis in integrum.

Stantibus &c.

Dubium :: An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

1 *Eme, & Rme Dñe.* P^{ro}posita fuit p^{re}-
sens Causa in Congregatione, habita die 2. Decembris 1730., quando fuit
rescriptum = *Dilata*. Reproposita vero die 13. Ianuarij pro-
xime p^{re}teriti negatiuum emanauit Responsum, aduersus quod
benigne Nobis concessa fuit noua Audientia, & propterea
iterum reproponitur hodi^e. Pr^{ae}via autem reassumptione no-
strarum Scripturarum, distributarum dicta die 2. Decembris
1730. vna cum alijs nouis Animaduersionibus, de quibus in-
fra, speramus, & enixis precibus supplicamus pro Rescripto;
Prævio recessu à Deciss, esse locum petitæ Restitutioni in in-
tegrum ::

2 Ad quem effectum, ad euitandum tedium repetitionis, breuitec
epilogando æquè veram, ac commiserandam Facti seriem, di-
gnentur Eminentissimi PP. sub eorum misericordibus oculis
habere conludentes illas probationes metus, cadentis in
constantissimum Virum, à quo coactus fuit infelix Principalis
aduersus propriam voluntatem Professionem emittere, distin-
guendo tria tempora, scilicet antè Professionem; Tempus No-
uiciatus; Et post illius emissionem.

3 Respectu temporis, antecedentis Professionem, omnes Testes ser-
ser. examinati concordant in eo, quod ad extorquendum
consensum Principalis illius crudelis Pater, seueræ naturæ, &
exequi solitus minas, illum in Cubiculo clausit; cum sequenti
Antiphona, non semel ad eius aures furenti rabie intimata:
Velis, nolis, debes fieri Religiosus.

4 Quod illius amantissima Mater, eius miseriæ miserendo, volens
illum ab angustijs priuati Carceris, liberare non sine euidenti
Vitæ periculo, insequa fuit à bestiali Marito, pugione de-
nudato.

5 Quod omnia hæc adeo nota fuerunt Domesticis, & per Vicos, &
Plateas Ciuitatis taliter vulgata, ut Secularis Iudex, miseri-
cordia motus, necnon ad euitanda maiora mala, manus in hac
parte apposuerit, rigorosum intimando Præceptum eidem
Patri, nè infelicis Filij voluntatem violentijs, minis, alijsque
malis tractamentis coarctaret.

- 6** Quod his omnibus non attentis, iterum Filium in priuato Car-
 cere inclusit, vbi longo tempore illum semper lacrymantem,
 semperque se conquerentem detinuit, eo autem tempore quo
 ad illum accedebat, antiquam repetendo dolorosam antiphonam,
 toruis oculis, & terribili voce dicebat: *Ab hoc Cubicula
 non exhibis, nisi iuris ad Triremes, vel ad Religionem.*
- 7** Quod cum d. Principalis concepisset (sunt verba Testis, dati in
 praecedenti *Summario num. 5, litt. N.*) pergrandem metum de-
 dicto suo Genitore, his auditis, se precipitem proiecit per Fene-
 stram in Atrium, & fugit ad Ciuitatem Complutensem &c. in qua
 Ciuitate occultus remansit per spatium octo, quæ nomen
 mensum.
- 8** Quodque demum, volens idem inhumanus Pater suum intentum,
 ad haec perducere, postquam dolosè ei persuaserat, ut rediret
 ad Paternos Lares, sub sua fide, & sponsione, quod deinceps neuis-
 quam plecteretur, nec ingredi Religionem compelleretur, sunt
 verba ejusdem Testis, vbi supra *litt. P.*, prætextu videndi Re-
 giam Coriam, illum licet nolentem, secum duxit ad Oppidum
 Matriti, se una cum Filio associando Tabellario, qui videns
 innocentem Puerum irremediabilibus lacrymis continuò plo-
 rantem, petijt à Patre vbi Filium ducere volebat? Cui terri-
 bilibus oculis erga Filium conuersus, respondit *Ad Religionem;*
 Quo audito idem innocens Filius statim se precipitauit ab
 Equo, fugam versus Patriam arripiendo; Verum tamè est,
 quod à Patre insequitus, caputque coactus fuit iterum in
 Equum concendere, Patremque vel inuitus associare. Non
 valens autem dictus Tabellarius [qui unicus aderat spectator
 dicti tyrannici Tractamenti] ab ira se temperare, iterum ab eo
 petijt quare Filium tali barbarie tractabat? Qui, veram cau-
 sam eidem aperiendo, non dubitauit serena fronte eidem Ta-
 bellario respondere, quia nolebat Religionem ingredi, quodque
 eundem filium ad Villam Matriti asportabat, ut voluntariè, vel
 per vim omnino Religiosus fieret, & regularem statum assume-
 ret, sunt verba Testis dati in præterito *Summario Additionali*
num. 2.
- 9** Post myltos verò similes inhumanos casus, & post multa rerum
 discrimina, quæ infelix Principalis in dicto Oppido Matriti
 passus fuit, & breuitatis causa hic omittuntur, non valens am-
 plius resistere Paternis violentijs, coactus tandem fuit Patrio
 voluntati obtemperare, & plusquam inuitus Religiosum Ha-
 bitum assumere, mediante etiam opera Religiosorum Conuen-
 tus, qui videntes defectum voluntatis &c. fecerunt ei plures sua-
 siones cum precibus, & muneribus, & quia ea ad nihilum inser-
 uiebant, subinde increparunt cum iisdem Paternis minis, & die
 sequenti Habitum Religiosa illum induerunt, cum omnimoda prædi-

Eti Petri repugnantia, sunt verba Testis dati in præterito *Summario num. 6. litt. H.*, prout omnia prædicta, & longè maiores violentiæ intra euidentiæ fines ponuntur ab omnibus Testibus, ser. ser. examinatis, quorum verba registrata fuerunt in nostro plenissimo *Summario*, in locis, specificatis in *præterito Restrictu à §. 9. usque ad §. 21.*, ex gratia recognoscenda, ubi innumeræ adducuntur classicorum Doctorum punctuales authoritates, & punctualiores huius Sacrae Congregationis resolutiones, quibus mediantibus fuit concludentissimè probatum, etiam in circumstantijs longè minoris barbari modi operandi, Professiones, taliter emissas, nullas esse, & tanquam tales ab hac Sacra Congregatione declaratas fuisse, quibus addimus multas alias, supranumerum quinquagenarium, à Nobis verè improbo labore relatas in *Institut. Crimin. tertie Venetae impressionis lib. primo tit. 10. §. 4. à num. 169. usque ad num. 205.*

- 10 Tempore Nouitiatus, nè illius animus, Religioni auersus, & Professioni oppositus, alicui patèfieret, nemini permisum fuit illum alloqui, quod *Sacra Rota in decis. 326. num. 32., & seqq. coram Ludouif.*, magnifecit ad probandum metum, ibi *Prohibitio enim commercij, & loquelæ non parum conductit ad argendum metum Aymon. &c.* Cumquè [sunt verba Testis, de quo in *Summario num. 6. litt. O.*] permisum ei fuisset, quod *unavice dictum Petrum videret, illum summoperè afflictum, & gemebundum vidit, & Testi dixit totalem repugnantiam, cum qua persistebat, & profiteri solebat, quia auersum animum in hoc habebat, & quod quasi quotidie ibat ad Cellam, in quo Habitus Seculares Nouitionum afferuantur, & petebat sua Vestimenta, ut à Religione exiret, quæ Vestimentorum Secularium petitio pro alio stringentí argumento metus canonizata fuit ab hac Sacra Congregatione in Romana Nullitatis Professionis 1. Octobr. 1720. & 31. Ianuar. 1721. de qua in tom. 4. mear. discept Eccles. part. prima discept. prima §. 3. n. 45., & seqq., & §. 8. num. 83.*

- 11 Post dictam Professionem, emissam die 15. Iulij 1726. incipiendo à diebus immediate sequentibus, cœpit infelix Principalis se conquererere, & nunquam cessavit à repetitis conquestiōnibus de violentijs, minis, coacta voluntate, alijsque improprijs modis, cum quibus eandem Professionem coactus fuerat emittere, circa quas conquestiones uniformi voce concordant omnes Testes, ser. ser. examinati, quorum præcisa verba transcripta fuerunt in nostro præterito *Summario*.

- 12 Cumquè negari non possit, quod huiusmodi conquestiones emissæ fuerint intra quinquenium, & deinde nullo temporis momento omissæ fuerint, illæ aperiunt viam, & facilem præ-

habet aditum Gratiae restitutionis in integrum, iuxta laudabile
solitum huius Sac. Congregationis, praedictis concurrentibus
conquestionibus, tam intra, quam post quinquennium emissis,
Gratiam restitutionis in integrum denegare non solet, vt latè
demonstrauimus in nostro Restrictu à §. 24. usque ad §. 40., &
addimus Pignatell. consult. 173. num. 10. tom. 9., ubi sequen-
tem adducit legalem reflexionem, quia similes conquestiones
extrajudiciales regulariter supplerent defectum formalis reclama-
tionis, ad effectum obtinendi Gratiam Restitutionis in in-
tegrum.

- 13 Ex quibus, vnitim consideratis, vna cum alijs reflexionibus,
de quibus infra, vt in nostris terminis faciendum esse monet
Barbos. vot. decis. 16. num. 56. lib. 2., & practicauit Sac. Rota
in decis. 25. num. 47. coram Arguelles, & dec. 731., & dec. 773.
utrobique num. 2. coram Emer. Iun., tali euidentia, talique cla-
ritate constare videtur de metu, Principali incusso ad emit-
tendam Professionem, deque illius conquestionales toto tem-
pore, quo in Religione permanit nunquam intermissis, vt non
de facili assignari possit alter casus, in quo maiores adductæ
fuerint probationes vis, & metus ad extorquendam coactam
Professionem, vel ab inhumanis Genitoribus ad proxim reda-
cti fuerint modi magis barbari, magisque crudeles. Et in quo
ab hac Sac. Congregatione concessa non fuerit in integrum
Restitutio, vt longum recensendo Cathalogum similium Gra-
tiarum, obseruaui in Institut. Crimin. tertia Veneta impressionis
lib. 1. tit. 10. §. 4. nu. 185., & pluribus sequentibus.
- 14 Videamus modò quid aduersus hæc adducta fuerint in Voto
Reuerendissimi P. Procuratoris Generalis, in Secretaria exi-
stente; In isto
- 15 Dicitur primò, quod vigore specialis Constitutionis San. Mem.
Gregorij XIII. de qua Pignatell. consult. 37. tom. 3., post quin-
quen. um à die emissæ Professionis, Regularis, prætendens, il-
lam emisisse per vim, & metum, non potest allegare illius nul-
litatem.
- 16 Respondemus, quod in hac parte in dicto Voto proceditur
cum æquiuoco palmari; Aliud siquidem est, quod post quin-
quen. um non possit peti declaratio Nullitatis Professionis, qui
sunt termini dictæ Constitutionis Gregorianæ, sequentes à Pi-
gnatell. dicta consult. 37. tom. 3., in qua querit: An Regularis,
prætendens Professionem suam emisisse per vim, & metum, ali-
amue causam, possit etiam post quinquenniam dare de nullitate
suæ Professionis, quod vltro admittimus, id ei non esse permis-
sum; Aliud verò, toto Cælo diuersum, quando Religiosus,
prætendens per vim, & metum suam emisisse Professionem
iuxta terminos nostri casus precès precibus addendo, suppli-
cat

erat pro Gratia Restitutionis in integrum ; qua mediante petit
reponi in illo statu, in quo erat antè quinquenium, iuxta no-
tam vim , ex notiorem efficaciam Gratiæ Restitutionis in in-
tegrum , & generaliter animaduersis per Fagnan. in cap. Man-
dato num.56. de Simon. , & in nostris præcisis terminis per Ad-
den. ad Card. Belarmin. in Notis ad Conc. Trid. sess.25. de Regal.
cap.19. , & firmatis per Rot. decis.705. num.6. in fin. part.2.
recent. , & decis.25. num.23. coram Arguell. , & decis.952. nu.2.
coram Emer. Iun., ibi = Stante præfata Restitutione in integrum,
ipse repositus fuit in eo statu, in quo futurus fuisset, si quinquenium
non fuisset elapsum .

17 Quæ vnicè dicta sint ad materiæ ornatum, quià factum in nostris
terminis non regit ; In manibus etenim Reuerendissimi P. D.
Secretarij concludenter docemus , Principalem etiam in-
tra quinquennium reclamasse , & quantum in ipso fuit præci-
sum Recursum habuisse ad Summum Pontificem , & ad hanc
Sacram Congregationem, id præcisè , & specialiter iniungen-
do eius Procuratori , seu Agenti, in Vrbe existenti, qui id so-
lemniter testatur in præsenti Summario num.unico.

18 Et tamen ad effectum obtinendi Gratiam Restitutionis in inte-
grum superabundant extrajudiciales conquestiones , intra
quinquennium emissæ cum solis Consanguineis , Affinibus, vel
Amicis , ex quibus pleum est nostrum præteritum Summa-
rium , egregiè Barbosa ad Concilium sess.25. ad Regular. cap.19.
num.10., vbi quod ipso scribente ita declarari obtinuit ab hac
Saera Congregatione in vna Coimbrien. 17. Aprilis 1630., quæ
est in lib.13. huius Sacrae Congregationis fol.251., & concordane
Roderic. in Compen. quæst. reg. resolut.101. num. primo, Cyriac.
confrou.37. num.38., Nouar. in Lucer. reg. verbo Professio nu.31.
& Rot. coram Arguel. decis.25. num.17., & 18., & coram Du-
nozet. Iun. decis.50. num.30., & in decis.134. num.13. part.14.
recent. , & in Taurinen. Nullitatis Professionis 6. Februar. 1614.
coram Verospio, impressa apud Pignatell. consult.173. num.163-
tom.9., & resoluit hæc Sac. Congregatio in alia Nicien.21.Iulij
1631., quæ est in lib.14. Decretor. fol.448. à tergo .

19 Dicitur secundo , quod Principalis postquam fuit ad Sacerdo-
tium promotus libentissimè multa Officia Religionis obiuit , Cap-
serij nimirum, Secretarij P. Provincialis , & Concionatoris, sunt
verba dicti Voti §. Accedit etiam, vbi subditur procurasse ulte-
riùs munus Concionatoris Regij, nec non facultatem assisten-
di Matri Seni , & inualidæ. Quæ posteriora Munera non sine
maxima improprietate , nec non æqualiter longissimo, ac te-
nuissimo filio trahi possunt ad Officia, & Munera Religionis, ut
Consideranti patet ,

+

20 Respondemus, quod dicta Officia Capserij, & Secretarij P. Pro-
vincialis, neconon promotionis ad Sacerdotium in nulla pror-
fus consideratione habentur ad impediendam Gratiam Resti-
tutionis in integrum, vti vel nullam, vèl nimis remotam ha-
bentia connexionē cum solemnī Professione; Sigillatim etenim
de omnibus discurrendo, non attendit recep̄io Sacrorum
Ordinū, juxta celebre cons. Nauar. 6. num. 3. tit. de His, qua
vi, metusue causa fiunt, sequutum à Rota in magistrali decis.
Conches. Nullitatis Ordinū 10. Martij 1606. coram Penia, in-
ter eius impressas la 1220. per tot.; Cum qua processit eadem
Sac. Rot. in decis. 705. num. 1. part. 2., & decis. 195. num. 22.
part. 4. recen., ibi = Tanquam res, à Professione separata, & con-
cordant alijs adducti à Pignatell. consult. 173. uum. 76. tom. 9.,
ibi = Non obstat si fuerit lapsus quinquennium, quod suscep̄eris
Ordines Sacros; Quia cum constet de assiduis Querimonijis, uti-
que ex his tacita Professio omnino excluditur. Imo habemus in
hac parte celebrem resolutionem Sac. Congregationis Epis-
coporum in Mediolanen. 4. Aprilis 1663. Ponente Cardinali Iu-
lio Saccetto, specificè approbatam à Sa. Me. Alejandro VII.
referente Pignatello ubi supra.

+

21 Cum qua in punto nostri casus processit h̄c Sac. Congregatio
in Policastren. 17. Augsti, & 7. Septembris 1726., benignè
concedendo Restitutionem in integrum post annos decem, &
septem Religionis Religioso, reclamanti aduersus suam meti-
culosam Professionem, non attentis Ordinibus Sacris, ad ti-
tulum Religiosæ paupertatis suscep̄itis, & longa mora an-
norum decem, & septem in sua Religione.

22 Minus eandem Gratiam impedire apta sunt exercitium seu Mu-
nus Capserij, nec non Secretarij P. Provincialis; Ad nostrum
enim effectum distinguenda sunt Officia illa, quibus annexa
est Iurisdictio in Subditos, seu Religiosos, ab alijs Muneribus,
& Officijs, omni prorsus Iurisdictione denudatis, qualia sunt
Muneta Capserij, Secretarij, Concionatoris &c.; Quidquid
eoim sit de primis, quæ neque etiam asseritur exaduerso fuisse
Principali concessa, vel ab ipso petita, hoc vnum est indu-
bitatum, quod dicta alia manualia Officia ad impediendam
Gratiam Restitutionis in integrum in nulla priorsus considera-
tione haberi solent ab hac Sac. Congregatione, quæ tali exer-
citio Munerum manualium, vel Oeconomicorum non attento,
eandem Gratiam saepissimè concessit iuxta inumeros illos ca-
sus, indicatos in nostro præterito Restrictu, aliasque à mè re-
gistratos in Instit. Crimin. tertia Veneta Impressianis lib. 1. tit. 10.
§. 4. à nu. 193

23 Dicitur tertio, tres Correligiosos Viros cordatos, & pios,
deponere in Processu de spontanea perseverentia Principalis
in

in Religionē, nec vñquam eum audiisse conqueri.

- 24 Respondemus, quod quatenus etiam id verum esset in factō, sat esset, quod Principalis conquestus fuisset coram illis alijs Testibus, qui id in Processu deponunt; Non enim necesse est, quod conquestiones illius infelicitis Religiosi, qui per vim, & metum suam Professionem emisit, aperiantur in Capitulo Vocalium, vel mediante Tubæ sono coram omnibus Religiosis repeatantur; Imo in hac parte quò magis exaduerso extolluntur insignes qualitates dictorum trium Correligionorum, eò minus vim faciunt; Similes siquidem conquestiones emittī nunquam solent coram primarijs Religiosis, vt experientia notum est, sed regulariter cum Connouitijs, vel Religiosis æqualis gradus, & quandoque etiam inferioris, & semper coram Domesticis, Consanguineis, vel Affinibus, qui vna voce de illis in nostro præterito *Summario veridicum* perhibuerunt Testimonium.
- 25 Respondemus secundò, quod in Testimoniis Correligionorum, fauore proprij Monasterij deponentium, non possunt neque solent figi pedes, contra Recurrentem aduersus suam meticulosam Professionem, ex illis bonis, & legalibus reflexionibus, quas in nostris præcisis terminis adducunt classici Authores, citati in nostro præterito *Restrictu* §. 47., quibus addo alios, à mē allegatos in tom. I. meam *Discept. Eccles. par. I. discept. I. n. 40.* & *to. 4. par. I. discept. I. §. 10. nu. 40.*
- 26 Respondemus tertio, quod in omnem casum applicatur nostris terminis æquè vulgatum, ac communiter receptum Iuris illud axioma, quod Testes, deponentes de metu, & coacta voluntate, semper præferuntur Testibus, deponentibus de voluntate spontanea, de quo *Rota coram Bich. decis. 47. nu. 40.* & *coram Zarat. decis. 53. num. 21.*, & *coram Prior. decis. 425. nu. 12.* ea ratione, quam his verbis adducit eadem *Sacra Rota coram Carill. decis. 178. num. 11.*, *Quia deponentes super metu deponunt super actu perceptibili sensu corporeo, sed alij de actu imperceptibili, nempe de intrinsecis cordis & cor. Arguelles dec. 9. n. 65.*, ibi Plus creditur duobus Testibus, deponentibus de metu, quam mille de spontanea voluntate *Innoc. &c et à n. 78. ibi* Preferuntur aliis Testibus &c. quia illi deponunt de actu perceptibili sensu, isti vero de non perceptibili, qui includitur corde &c.
- 27 Agnoscitur exaduerso vis harum legalium reflexionum, & propterea ad debilitandam fidem aliquorum ex nostris Testibus, quarto loco dicitur non esse præstandam fidem Matri, germano Fratri, licet Religioso, & Sorori Principalis, attenta illorum arcta Consanguinitate; Cum illo alio addito, quod potuerint habere spem participandi de hæreditate, relista Principali à D. Comitissa Lucia Catena; Nequè dubitauit Reue-

rendissimus P. Procurator Generalis in dicto Voto afferere,
etiam, eundem germanum Fratrem Principalis, dignissimum
Religiosum laborare mentis defectu, seu hebetudine.

- 28 Respondemus primò, quod, ad differentiam illarum actionum,
& operationum, quæ fieri solent in locis publicis, & in quibus
de facili solent adesse multi Testes; Respectu illarum, quæ
fiunt inter domesticos parientes, qualitas Consanguinitatis, &
domesticitatis auget potius, quam minuat Testium fidem ex
animaduersis per *Menoch. de Praesumpt. lib. 6. praesumpt. 38. n. 14*
& firmatis per *Rotam decis. 343. num. 4. coram Dunoz. Iun., &*
dec. 197. num. 18. coram Priol., & decis. 113. num. 5. coram
Emer. Iun.
- 29 Respondemus secundò respectu assertæ spei participandi de
hæreditate, Principali relicta, quod in ordine ad Matrem con-
traria criticatio est protrsus insubsistens, eò quia constans in
facto est, quod illius depositio emissâ fuit multo tempore antè
Testamentum eiusdem D. Comitissæ, & propterea in hac etiam
parte applicatur commune illud axioma, quod eiusdem Matri
voluntas pro veritate Testimonium perhibendo de actibus in-
humanis, erga communem filium à Patre exercitis, ferri non
potuit in incognitam dispositionem dictæ Comitissæ, iuxta
animaduersa per *Altograd. cons. 80. num. 12. lib. 1. Gob. con-
sult. 122. num. 42., & Aetolin. resol. 111. num. 58.*, & firmata
per *Rotam decis. 1. de Pension. num. 9. coram Eminentissimo Fal-
con. tom. 2., & decis. 96. num. 6. par. 17. rec.*, & in nostris præ-
cisis terminis *eadem Rota coram Arguell. decis. 25. num. 44.*
- 30 Respondemus tertio respectu eiusdem spei succedendi in ordi-
ne germanum Fratrem Principalis, quod cum ipse sit exempla-
ris vitæ Religiosus ex Ordine Mendicantium, non potest aspi-
rare ad hæreditates Sæcularium Personarum; respectu demum
illius Sororis, eadem spes erat penitus incerta, & æqualiter
dubia, vti pendens ab obitu Testatrixis antè hæredem, nec
non ab illius libera voluntate.
- 31 Ulterius quod videtur ulterius vim facere cuicunque intellectui
consideratio illa, quod intuitu densi Luti, iuxta phrasim *Haba-
cuc 2. 6. Mater, Frater, & Soror Principalis vñanimi consensu*
falsum deponere voluerint; Si enim respectu omnium Chri-
stianorum verum est illud *Marth. 16. 26. Quid prodest Homini,*
*si Mundum uniuersum lucretur, anima vero sua detrimentum pa-
tiatur.* Quantò magis verum erit respectu dictorum trium in-
formatorum Testium illius æquè pia, ac inclytæ Nationis,
quæ titulo Catholicae meritò gloriatur.
- 32 Ea demum, quæ gratis vbiique exaduersò afferuntur de mentis
hebetudine germani Fratris Principalis Carmelitanæ Religio-
nis Alumni ex sola lectura illius formalis examinis clarè in-
sub-

subsistētia apparet; In illo enim talibus serietate, proprietate, & candore euacuauit omnia Interrogatoria, vt non nisi diuinando possint illi applicari mentis hebetudo, seu defectus, qui nunquam præsumitur nisi contrarium concludenter probetur, ex animaduersis per Rotam decis. 203. num. 5. coram Rembold., & in Tyburtina Donationum 25. Ian. 1700. §. Aut verò coram Ansaldo. Dictisque contrarijs gratuitis criticationibus opponimus sonora illa, & clara verba Reuerendissimi Archiepiscopi Compostellani *Tēstes sunt Personae fide dignae*, & timoratæ conscientie, eorumque depositionibus adhibenda est fides, nostro præterito Summ. num. 34.

33 Dicitur quinto, Principalem non semel, sed quolibet anno suam Professionem ratificasse.

34 Respondemus, quod cùm talis ratificatio præscribatur in nostris Constitutionibus, illaque ab omnibus Religiosis determinatis die, & verbis fieri debeat, nullatenus apta est impedire gratiam restitutionis in integrum, egregiè Pignatell. consult. 180. num. 16. tom. 9. ibi = Non obstat, si statutis temporibus secundum consuetudinem Religionis ratificauerit Professionem, quia hæc ratificatio tanquam veniens in consequentiam ad Professionem coactam, quamvis libera videatur, præsumitur tamen, ex eadem causa prouenire, & ex suppositione quod aliud non potuit agere, Pasqual. quæst. moral. iurid. 20. num. 5. ibi = Nec item obstat, quod statutis temporibus iuxta consuetudinem Religionis ratificauerit Professionem, quia hæc ratificatio tanquam veniens in consequentiam ad Professionem coactam, quamvis libera videatur, præsumitur tamen ex eadem causa prouenire, & ex suppositione, quod aliud non potuerit facere, Panimoll. decis. 29. num. 57. ibi = Unde potius credendum est, gestasse Habitum, & interuenisse alijs ceteris ad formam Regule, & Ordinis Instituti, à Religiosis ex pleri solitis, ob reuerentiam, seu vigore motus, & imperij Superioris, cui ille, cùm sit quo ad formam exteriorem in statu Religioso subditus, contradicere non poterat, nec potest, Nouar. in Summ. Bullar. comment. 88. sub num. 4. verific. non obstante quod per eundem fuissent renouata Vota plures &c. Cances. variar. solut. cap. 81. num. 37. & 38.

35 Ex quibus, & alijs rationibus adductis à dictis Authoribus, in similibus casibus hæc Sacra Congregatio in nulla prorsus habuit consideratione Votorum renouationem ad impediendam gratiam Restitutionis in integrum, & signantè in Lingonien. 12. Aprilis, & 30. Decembris 1698., vbi sequuta fuit Votum Episcopi, in folio dicta die distributo registratum, ibi = La dichiaratione che l'Oratore à fatta ogn'anno nella Casa Conuentuale, con tutti gl'altri Religiosi per la rinouazione de suoi Voti, non lo deve impedire di reclamare, perchè questa sorte di rino-

rinouazione di voti è una Ceremonia di diuozione, e pietà, solita
praticarsi in tutte le Case di Religiosi, & essendo necessaria, e
di Regola non puol dirsi approuazione volontaria, & in Cepba-
luden. 4. Februarij 1699. lib. 49. dec. fol. 252., & in Mantua-
na 9. Iulij 1701. lib. 51. decis. fol. 285., & in Melcuitana 29.
Aprilis 1702., & 8. Augusti 1705. In cuius Folio, d. die distri-
buto, hæc leguntur successuè quot annis (qui fuerunt anni 32.)
renouationes votorum solemniter peregrissa in die Epiphaniae Do-
mini, iuxta Constitutionem Ordinis, & omnes Ordinationes Re-
gulares, sicuti cetera Moniales professæ obseruasse &c., & latius
videre est in Tomo 2. mearum disceptationum Ecclesiasticarum
par. 2. discept. 21., & in Viennen. Nullitatis Professionis 25. Janua-
rij 1721., vt dicitur in Folio dicta die distributo, ibi = In eo
quod spectat ad renouationem Votorum, subdit de ea non esse cu-
randum ad effectum, de quo agitur, quatenus etiam in facto
subsistet, cum hæc sit Ceremonia, devotionem redolens, & pie-
tatem, sed quæ non impedit de nullitate Professionis dici
possit iuxta resolutiones huius Sacrae Congregationis relatæ apud
Dominum Vrsayam &c.

- 36 Et quod magis est fuit hoc ultimo loco solemaiter decisum in
Concilio Romano, vt obseruui in Tom. 6. par. 2. mear. discept.
Eccl. discept. 32. num. 14.; Cum enim Episcopus Fulginaten-
ad tollendum in radice omnem omnino pretextum impa-
gnandi solemnes Professiones, demandasset, vt Regulares, ab
eo ordinandi, priùs sequentem emitterent Ratificationem so-
lemnis Professionis, ab eisdem emissæ = Ego Frater N.N. Or-
dinis N.N. coram Reuerendissimo Vicario Generali &c. tactis Sa-
crosanctis Dei Euangelij in manibus præfati Reuerendissimi Do-
mini, Iuro mesponsè, non coactè, nullaque vi, vel impedimen-
to concorrente, Professionem in dicto meo Ordine, seu Religione
Sancti N. emissæ, eamque sic emissam spontè, liberè, expressè om-
nique meliori modo, quatenus opus fit, nunc ratifico, & illam me
ratam habere, etiam meæ manus subscriptione, Ego idem Frater
NN. affirmo, spondeo, ac Iuro, sic me Deus adiuvet, & hæc Sanctæ
Dei Euangelia = : Deindè verò, postquam obtinuit confirma-
tionem eiusdem Synodi à particulari Congregatione, speciali-
ter deputata, summis precibus petiisset ulterius talem Syno-
dalem Constitutionem approbari à d. Concilio Romano, idque
generaliter esse statuendum, illius petitio, re mature considera-
ta, & in pluribus Theologorum, & Canonistarum (inter quos
Ego minimus) Congressibus discussa, admissa nullatenus fuit,
omniumque Votis reiecta, prout omnia hæc referuntur in Folio
huius S. Congregat. dici 24. Aug. 1726. his verbis = Qua potis-
sum de causa in ultima Synodo Romana non fuit determina-
tam, quod Regulares ante receptionem Sacrorum Ordinum, Præ-
seffio-

fectionem ratificarent, licet in plerisque Synodis, & signanter Mediolanensis sub S. Carolo Berromeo id fuisse statutum, & in contradictorio Partium admissum fuit à Congregatione particulari deputata super examine ultima Synodi Fulginatensis.

37 Nec dicatur, quod omnia hæc procedant respectu Professionis expressæ, nullo autem modo influant in nullitatem tacitæ Professionis, quæ induci prætenditur ex eiusdem Principalis longa permanentia decem ferè annorum in nostra Religione cum gestatione Habitus, alijs Religiosis communis.

38 Ultrà quod enim post Concilium Tridentinum rarissimo contingere potest casu, ut validè quis tacitè profiteatur sunt verba Rota decis. 18. num. 25. coram Merlin. sequuta in decis. 210. num. 15. coram Cardin. Caprara, ibi = Hodiè post Concilium Tridentinum rarissimè contingit, ut validè quis tacitè profiteatur, ut ex Sanchez. &c. monet Rota &c. ea ratione, quia ad dictum effectum copulatiuè concurrere debent quinque illa Requisita, latè explicata per Sanchez. ad Praecept. Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 3. à num. 14. usque ad num. 18., & latius in nostris Discept. Eccles. tom. 1. par. 1. discept. 3. à num. 59., & tom. 2. par. 1. discept. 9. à num. 51. inutiliter hic repetenda, dum in nostris terminis ferè omnia in facto non regunt, ex probatis in nostro Restrictu.

39 Cathegoricè respondemus, quod præsumptio tacitæ Professionis, innixa dictis æquiuocis actibus, tollitur per aliam contrariam, longè efficaciorem, resultantem ex verbis, alijsque actibus, eidem tacitæ professioni ex diametro oppositis (circa quos adduximus nubem Testium in nostro præterito Summario, de eisdem actibus uno ore deponentium) iuxta singularem Gloss. in cap. Tuarum verb. Signatos de Priuil. quam uno ore sequuntur innumeri illi Doctores quos referunt Pignatell. consult. 173. num. 76. tom. 9. Panimoll. decis. 29. n. 10. usque ad finem Rot. decis. 34. num. 11. coram Carill., & decis. 189. num. 3. cor. Vbald., & decis. 205. num. 24. coram Buratt., & dec. 117. num. 5. coram Ottobon., & decis. 9. num. 33. coram Arguell., & decis. 34. n. 11. par. 14. recent. Habemusque in hac parte magistralē dec. 628. per totam coram Merlin.

40 Et in punctualissimis terminis Religiosæ, quæ per spatium 24. annorum in Monasterio permanserat, in eoque omnes actus, alijs Monialibus communes, absque ullo displicantia signo fecerat Rota coram Carill. dicta decis. 229. num. 3. ibi = Nec dicta Professio sic nulliter emissæ ex cursu longissimi temporis quo Francisa permanst in Monasterio, deferendo Habitum, & faciendo diuersos actus, ad Professas pertinentes, potest dici saltem tacitè ratificata; Quia per Testes pro ea examinatos constat de continuis lamentationibus, & protestationibus, ab ipsa, sám antè, quam post professionem immediate, & successuè omni-

- tempore factis, ex quibus tacita professo omnino excluditur, cum expressus dissensus faciat cessare tacitum, ut præsumptum =.
- 41 Pro quorum facilitori admissione dignentur EE. PP. tria præoculis habere.
- 42 Primum, quod Reuerendissimus Archiepiscopus Compostellanus, qui de mandato huius Sacrae Congregationis Processum compilauit, quiue præsumitur apprimè informatus, & egregie instructus de facti serie, omnibusque violentijs, Principali illatis ab inhumanissimo Genitore, in Partibus notorijs, inelinae pro Gratia Restitutionis in integrum præterito Summario n.34. ibi = Factæ fuerunt Acta, & probationes coram meo Vicario Generalis auditis Superiori Locali, & Fiscale Ecclesiastico, Testes qui de illis deposuerunt sunt Personæ fide dignæ, & timoratae conscientiæ, eorumque depositionibus adhibenda est fides. Quapropter videtur, quod prædictus Petrus iustificauerit contextum Supplicationis, Sanctissimo factæ &c. Admodum autem attendendas esse consimiles Relationes, quæ per Ordinarios ad Sacras Congregations transmittuntur, per hæc præcisa verba firmauit Rota coram Ansaldo decis. 14. num. 17. Idemque firmauit coram Cerro decis. 685. num. 9., & in part. 6. rec. decis. 234. num. 16. & 17., & in parte 18. decis. 305. num. 12., & decis. 460. num. 9. & 10., & in Bisnianen. Præheminentiarum 27. Ianuarij 1727. S. Hisque ordo coram R.P.D. Calcagnino, & Eystetten. fundationis Hospitiū 27. Junij 1729. S. Hisque omnibus coram Ratto, & in Baren. Juris funerandi super Remissoria 11. Martij eiusdem anni S. Satisfactio coram Rmo Aldrouando.
- 43 Secundum verò quod ipsem Reuerendissimus P. Procurator Generalis plusquam tacite agnoscens veritatem, & subsistentiā præmissorum, in substantia non videtur dissentire à confessione Gratiae restitutionis in integrum, ex officio insistendo solùm prò denegatione declarationis nullitatis Professoris, cum insistenti supposito, quod talis Gratia opponatur Constitutioni Gregorij XIII. sequentæ à Pignatell. loco supracitato, ut videre est in §. Ceterum suæ Relationis ibi = Videns nostras rationes, supra adductas, & argumenta esse negatiua, & præsumptiones, ex quibus non facile enodantur fortassis rationes Oratoris, EE. VV. Cause iustitiam prorsus remittit, humillimè postulans, ut quatenus metus, cädens in Virum constarem, verè cognoscatur subsistere pro primo quinquennio, & pro secundo quinquennio tales proferantur rationes, quæ verè Oratorem excusent, quod non reclamauerit, ex quo, vel non potuerit, vel non adhuc debuerit, dignentur declarare, esse locum Restitutioni in integrum, & successuē statuant, Oratorem esse, ac fore absolutum à vinculis Religionis in genere, & in specie. Mediante siquidem dicta Gratia restitutionis in integrum, quæ ynicè locum habe-

re potest in præsenti, dum Principalis formiter non reclamauit intra quinqueanniū, commendabili candore agnoscens, & fatens, magnam nostræ Religioni resultare utilitatem, iuxta verba illa vltimi paragraphi dictæ sive Relationis = *Neque enim humilis nostra Congregatio, Infirmorum ministerio addicta ex coacto, & inuoluntario filio &c. siue sibi, siue pauperibus Infirmis commodum aliquod, seu utilitatem poserit in posterium sibi promittere* = Quod in omnibus Religionis Communitatibus experientia notum est, & ad nostrum præcimum effectum, facilioris nimirum concessionis Gratia restitutio in internum egredi obseruant *Amayden de styl. Datariæ lib. 1. cap. 12. num. 23.* ibi = *Ego sanè, ut hoc ingenuè fatear, propensior sum erga dimissiones Regularium, in Claustris vitam degere renuentium, nam ij sunt, qui reliquos quietos turbis miscent, ordinemque uniuersum susque, deque agunt, & propterea ex ultimo me observatum præstare Deo, quandocumque adsum Causa Regularis, contra Professionem reclamantis, qui, ope mea, à Religionis vinculo liberetur = & concordant adducti per Pignattell. consult. 173. num. 6. & 7. tom. 9. ibi = Quod sanè magis expediens est Religionibus, ac ipsis Regularibus, quià Regularis eò deueniens, ut pretendat nullam fuisse suam Professionem, dum inuitus intra Claustra manet, semper molestias offere Religioni, nec quidquam boni ab ipso expectari potest. Vnde utilius est Religioni quod dimittatur si potest dimitti = & Card. de Luc. de Regal. disc. 41. num. 2. ibi = *In meo sensu saluberrimum Religionis videtur egredi ostium facile, perniciosum autem è conuerso illud rigorosè clausum retinere, ob axioma, sive dicterium morbida facta pecus &c.**

44 Cum qua optima congruentia, ab experientia comprobata, sèpè, me scribente processit hæc S. Congregatio, & signanter in Mantuana 3. Dec. 1715., & 28. Martij 1716., ut videre est in tom. 1. mear. Discpt. Ecclesiast. par. 1. discpt. 20. n. 97. & 146., & tom. 2. par. 1. discpt. 9. in fine.

45 Neque deest æquè legalis, ac stringens ratio, quià scilicet, cùm in istis circumstantijs (in omnem pessimum casum) saltem remaneat dubia validitas, vel nullitas Professionis, dubietate se tenente ex defectus liberi consensus, in hoc dubio semper inclinandum est pro nullitate Professionis, sive fauore libertatis egregiè Rebuff. conf. 68. columna finali, vers. Nec me turbat, vbi, quod in his terminis non considerat fauor Religionis, qui nunquam adest, non probato valido consensu, & melius Rot. decis. 491. num. 20. & 21. coram Royas, vbi, quod conclusio illa, quod in dubio facienda sit interpretatio pro validitate Professionis, limitatur in casu, in quo illa prætenditur nulla ex defectu consensus, per vim, & metum extorti, quo casu semper facienda est interpretatio pro libertate Personæ, ibi =

Non obstat conclusio, quod indubio facienda est interpretatio, ita ut Professio sustineatur; eo quia illa procedit, quando dubitatur de validitate ex alio capite, quam ex defectu consensus, prout in praesenti, quo stante, semper facienda est interpretatio pro libertate Personae &c.

- 46 In hoc pariter dubio, ad omnem omnino scrupulum tollendum posset Principali dari iuramentum in supplementum plenæ probationis, iuxta theoreticam Innoc. in cap. Vidua num. 5. d. Regular. ubi Hostiens. n. 10. versc. Nam si haberet, Butr. n. 12. vers. Quædam est approbatio Iuramenti, Anch. n. 3. ibi = Vbi, verò de animo apparet, statut Iuramento, Portell. de Dub. regular. Verb. Professio num. 11. versc. Neque illi Piton. discept. 110. n. 20. ibi = Cui Iuramento ipius Professi credendum esse, quando concurrunt adminicula, & præsumptiones, que illud reddunt verissime dicunt &c., & sequendo Angles, Caetanum, Nauaricum, & alios probat Pignatell. consult. 4. sub num. 9. tom. 1. iuxta Romanam impressionem necnon respondendo argumento, quod in contrarium fieri posset, hæc ait: *Non obstat, quod in re Professionis starci non debeat Iuramento Professi &c. quia, quando sunt aliae præsumptiones potentissima, adminicula, & conjectura, que nulliter Professio fauens &c. multi Autbores, iisque grauissimi, afferunt, starci posse Iuramento illius &c.*
- 47 Quam opinionem sequuta fuit hæc Sacra Congregatio in Asten. nullitatis Professionis die 20. Septembris 1710. prævio recessu à decisio die 5. Junij eiusdem anni, referente Piton. discept. 58. à num. 47. usque ad finem, & discept. 110. num. 1. versc. Et quia idem Procurator. Necnon, me scribente, sequuta pariter fuit hæc Sac. Congregatio in Veneta, seu Mantuana Nullitatis Professionis 18. Auguſti 1696. vt videre est in tom. 1. mear. Discept. Ecclesiast. par. 1. discept. 3. num. 48. & 80., & in Neapolitana Restitutionis in integ. 7. Septemb. 1718., vt videre est in tom. 3. par. 1. discept. 6. num. 29. & 77., & in Ceneten. Restitut. in integ. 16. Martij 1720. de qua in tom. 4. par. 2. discept. 20. num. 29.
- 48 Eamque amplexa pariter fuit Sac. Cong. Episc., & Regul. in Prænestina Nullitatis Professionis 12. Nouemb. 1717. ad relationem Card. de Abdua, vt videre est in d. tom. 3. par. 1. discept. 7. num. 38. & 62., & cum illa etiam fuit processum à Congregatione particulari in Nullius Nullitatis Professionis anni 1727. de qua tom. 8. par. 1. discept. 20. n. 43. & per totam.

Quare &c.

Dominicus Vrsaya Aduoc.

Ioannes Baptista Melolius.

SVM-

S V M M A R I V M

Madrid adi 20. Luglio 1726. Sig. D. Gio: Relano de Lamo. Num. Unico.
Molto Signor mio, & amico.

Reclamatio
Sono già passate due Poste senza auere riceunto Lettere di Principalis in-
V.S. non sò per qual motiuo &c. Adesso mi occorrono li tra quinque-
numeri 264. 265. 266. e 267. niuum.

Il numero 266. contiene ciò, che siegue.

Il P. Pietro Serrano Sacerdote Religioso Professo nel Con-
uento, volgarmente chiamato Casa della Madonna dell'
Assunzione in Damaso di questa Villa di Madrid, Diocesi di
Toledo, de Padri Chierici Regolari Ministri degl'Infermi,
benche si fece Religioso della detta Religione, e poi fece
ancor la sua Professione, nulladimeno, si l' uno, come l'al-
tro seguì inuolontariamente, imperocchè fu forzato dal di
lui Genitore, tanto a farsi Religioso, quanto a fare la Pro-
fessione, essendo preceduti molti castighi a questo fine. So-
no già dieci anni in circa, ch' egli è Religioso, e sempre si è
mantenuto nell' opinione di essere stato nullo il suo ingre-
sto nella Religione, come parimente la Professione, per non
esserui entrato liberamente, e di sua buona voglia. Nel
quinquennio reclamò, e protestò la nullità, ma questa Peccata
fu disprezzata, e percio V.S. copiarà letteralmente cotesta
Supplica, in cui si pretende dal suddetto la Restituzione in-
integrum ad reclamandum post lapsum quinquennium, & ad
dicendum de nullitate, la quale restituzione viene commes-
sa, come V.S. vederà, e questo negozio si spedisce per Bre-
ue, e per la Segnatura. Cotesta Supplica è Copia mutatis
mutandis d' un'altra, che si fece per un simile Negozio d'al-
tro Religioso, & il dispaccio è corrente, ne vi è difficolta
nell' ottenzione di esso. Lei mi rimetta questo affare con la
sua Lettera di Cambio &c,

Di V.S. Scrittore, & Amico Emanuele del Rè.

Molto Signor mio.

Benchè per la spedizione del mio negozio basti la raccoman-
dazione di Don Emanuele, con tutto ciò o volsuto scriuere
queste poche righe, affinchè V.S. mi conosca, & ancor il
mio carattere. Per altro gli dico, per essere la cosa più
importante alla quiete dell'Anima mia, che con la maggior
breuità si applichi V.S. alla mia pretensione, sollecitando la
spedizione, e che sia fatta prima del giorno cinque di Otto-
bre, e se ciò non si potesse ottenere facendo tutto lo sforzo
maggiore, almeno che s' introduca prima del detto giorno,
poichè altrimenti si passerà il quinquennio doppo la morte
del

del mio Padre, che fù à di 5. Ottobre del 1721. &c. Non dubito, che V.S. mi farà questo fauore, del quale gli renderò grazie tutto il restante della mia vita, giacchè a Lei attribuirò la quiete della mia coscienza, che da dieci anni in qua è inquietissima, per non auere avuto il modo di quietarla fino al presente. Ciò basti dal mio modo di portarmi, V.S. sperimenterà il tutto, & il compimento del mio obbligo &c.

Di V.S. affezionatissimo sempre Pietro Serrano.

Io infrascrutto attesto mediante il mio giuramento auere ricevuto una Lettera sotto data dell' 20. Luglio 1726. da Don Manuele del Re &c. mio Corrispondente in Madrid, la quale consegnai al P. Pietro Serrano Religioso de' Chierici Regolari Ministri dell' Infermi, & auendosi questa tradotta in idioma Italiano è visa per me, & trouato concorda con l' originale, com' anche post data di detta Lettera mi vien scritta un'altra da d. P. Serrano, la quale de verbo ad verbum in detta traduzione concorda coll' Originale, & in fede fò la presente fede questo dì 19. Febraro 1731.

Io Gio: Relano de Lamo affermo quanto sopra mano propria.

SACRA CONGREGATIONE

C O N C I L I I

Rmō P. D.

DE ABBATIBVS
SECRETARIO

Toletana Restitutionis in integrum

P R O

R. Sacerdote Petro Serrano, prætenso
Professo Ordinis Clericorum Re-
gularium, Ministrantium Infirmis
C V M

Decretum fuit Die 10
Martij = Itinerum proponatur = Rmō P. Procuratore Generali eiusdem
Ordinis,

Secundus Restrictus Facti, & Iu-
ris cum Summario.

Toletana Restitutionis in integrum.

Iterum proponatur

Eñe, & **R**ñe **D**ñe. **A**d maiorem comprobationem boni iuris Principalis supplicamus praeculis habere iuratam Depositio-
nem Angelæ de Ochoa, illius dulcissimæ Matri, eo tempore exaratam, quo post Sanctissimum Viaticum, reperiebatur in, æquè proximo, ac euidenti vitæ periculo, prout cum effectu paulò post ex hac vita migravit, quæ per extensum registrata fuit in nostro *præterito Summ. num. 8.*, quæ non potest sive lachrymis, & maxima compassione erga infelicem Principalem sub oculis haberi; In illa enim refert ad minutias usque omnes illos barbaros, inhumanosque modos, quibus median-
tibus per manifestam vim coactus fuit Principalis in Religio-
nem ingredi, & in ipsa Professionem emittere; Cui proinde omnis in hac parte adhibenda est fides, cum de illius iurata Depositione verificantur ea, quæ de se ipso scripta reliquit S. Ioann. Epist. I. ibi = *Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ conrectauerunt, te-
stamur, & annunciamus* = Attento præcipue æquè proximo, ac grauissimo vitæ periculo tempore iuratae Depositionis, & in quo nullus Christianus præsumitur velle mentiri, iuxta com-
munitèr receptam DD. opinionem, de qua Rot. dec. 263. n. 13.
& 14. par. 19. rec., & in dec. 260. n. 2. cotam R. P. D. Crisp. Et cum qua processit hæc Sac. Congregatio in grauissima Causa
Pragen. Matrimonij 30. Septembri 1723.

Cumque deponat de rebus, & actibus, qui eius fidelibus oculis subiecti fuerunt, illius Dictum, alijs probationibus, & conie-
cturis adminiculatum, concludentissimam metus probationem facit ex punctualiter firmatis per Rot. in decis. 870. num. 7. & 8.
coram Emer. Iunior., & resoluit hæc Sac. Congregatio in Bisun-
tina 9. Septembri 1713., & in Mantuana 7. Decembris 1715.,
& 28. Martij 1716. In quarum prima post annos decem, &
octo; In secunda vero post annos viginti quinque concessa
fuit Gratia Restitutionis in integrum, attento metu, in primis
Causa probato à Claudia Grey, Famula; & in secunda à Bar-
bara Gazella Cubicularia, adminiculatis earum Depositioni-
bus ab alijs Testibus de auditu, ut videre est in tom. 2. mearum
Discept. Eccles. part. I. discept. I., & discept. 20. per tot. Et quod
magis est in utroque casu verificantur renouatio Votorum,
seu Ratificatio Professionis; quolibet anno facta in exequitio-
nem propriarum Constitutionum. Quæ in nostris terminis

post

post mortem Patris semel tantum idque cum salutari clausula emissa fuit, ut concludenter probant omnes nostri Testes, & admittitur in Folio huius Sac. Congregationis diei 2. Decembris 1730. §.1. Et tamen, etiam si esset quolibet anno in exequationem nostrarum Constitutionum simpliciter renouata, adhuc in nulla prorsus consideratione habenda esset ex animaduersis in nostro Restrictu à §.33. usque ad §.37.

3 Dixi: *cum salutari clausula*, quia qualificatus Testis suus Correligiosus, Sac. Thelogiae Licentiatus, & dignissimus Sacerdos, qui renouationem eius Votorum proprijs auribus audiuit in nostro præterito Summ. num. 18. litt. C. hæc asseruit = P. Seranus anno proximè præterito 1726. concurredit renouationi Votorum, dicens, quod Vota renouabat eadem forma, qua ea fecerat in sua Professione, quod Testis à d. P. Serano audiuit in illo actu. Circa quod concordant quatuor alij Testes Correligiosi, & Sacerdotes in dicto præterito Summ. num. 15. 16. 17. & 19. ubique litt. G.

5 Tarditas in reclamando intra primum quinquennium non absit in facto, ex probatis in nostro primo Summario, & in ultimo num. unic. Post mortem vero Patris Principalis non defuerunt continuæ, & nunquam interruptæ conquestiones, quæ reguliter jupplent defectum formalis reclamationis, sunt verba Pignatell. consult. 137. num. 19. tom. 9. quasue admittere solet hæc Sac. Congregatio, iuxta innumera exempla, quæ cum maiori otio cumulari possent, & signanter ita practicauit in Casertana 28. Aprilis 1714. In cuius casu Religiosus Carmelita Professionem emisit anno 1675. inhumanus Pater, qui Filio metum incusserat, obiit mense Augusti 1696. Et tamen d. die 28. Aprilis 1714. post annos 14. hæc Sac. Congregatio benignè eidem Gratiam Restitutionis in integrum concessit. Et in Cremonen. 27. Augusti 1712., 30. Septembris, & 18. Novembris 1713., ubi de Reclamatione post annos duos à morte Patris. Et in Sueffana 13. Augusti 1715., ubi de reclamatione patiter post annos duos à morte Patris; Et in Mantuana 7. Decembris 1715., ubi de Reclamatione post annos octo à morte Patris; Et in Pacen. 5. & 19. Decembris 1722., ubi de Reclamatione post annos 14. ut videre est in tom. 5. mearum discept. Eccles. par. 2. discept. 17. per tot.

6 Hoc intercedente discrimine inter formalem reclamationem intra quinquennium, & inter conquestiones, lacrymas, lamentationes, mæsticiam, petitionem Vestium Sæcularium &c. intra idem quinquennium, quod primo casu prorogatur, seu perpetuatur Iurisdictio Episcoporum, & Superiorum Regularium, quod scilicet isti, attenta dicta formalis reclamatione, etiam post quinquennium possunt declarare nullam Professio-

nem illam , que per vim , & metum emissâ fuit , Rota decis. 134.
num. 16. par. 14. Rec. Non sic autem in secundo casu , quia
tunc illorum Iurisdictio , terminato quinquennio , statim expi-
rat , & dictæ conquestiones , lacrymæ , lamentationes &c. de-
seruiunt dumtaxat ad facilitandam Gratiam restitutionis in
integrum , iuxta punctuales authoritates , & punctualiores
Resolutiones huius Sacrae Congregationis allegatas in secundo
Restrictu §. 18. ex speciali gratia recognoscendas .

7 Nec dicatur , quod attenta moderna praxi huius Sacrae Congre-
gationis idem hodie sit obtinere Restitutionem in integrum ,
ac declarationem nullitatis Professionis ; Vltra quod enim
huic reflexioni ad hominem respondent dd. quinque punctua-
les Resolutiones , supra citatæ , quæ non sunt antiquæ , & cum
majori otio aliae etiam adduci possent .

8 Respondemus , quod ad omnem scrupulum tollendum EE. PP.
demandare possunt , vt , prævia Restitutione in integrum , arti-
culus validitatis nostræ Professionis videatur in hac Sac. Con-
gregatione vel in Sac. Rota , iuxta id , quod raro quidem , sed
aliquando practicari vidimus in Causis arduissimis , vel exem-
plarissimis , vt potest recognosci ex dec. 952. in princ. cor. Emer-
iun. ibi = Hac tamen lege , quod Causa super nullitate Professionis
discutii deberet in ipsamet Sac. Congregatione , & ex Lib. 48.
Decret. huius Sac. Congreg. fol. 182. à tergo , in Conuersana Nulli-
tatis Professionis 12. Aprilis , & 20. Iulii 1698. decisa à Congre-
gatione Particulari EE. DD. CC. Carpini , Casanattæ , Mare-
scotti , Petruccij , Colloredi , & Sacripantis .

9 Posita autem probatione metus , ante Professionem Principali
incussi , circa quem uniformi voce concordant omnes nostri
Testes , non erat necesse , vt in actu eiusdem Professionis de
illo protestaretur , egregie Fagnan. in cap. Perlatum num. 26. &
seqq. de his , quæ vi , metusue causa , vbi quod sicuti metus ex-
cusat à Reclamatione , ita etiam excusat à Protestatione , &
bonam adducit rationem ibidem Innoc. num. 1. vers. Nota , vbi
quod metus , nedum imminet , quando gladij præsentes sunt ,
sed toto illo tempore , quo viuit is , qui metum incussit , cum
alijs concordantibus citatis à Panimoll. dec. 102. n. 3. Et tamen
qualificatus Testis in nostro Summ. num. 6. litt. H. plusquam ta-
citate demonstrat repugnantem ipsius voluntatem , sequentibus
verbis = Religiosi Conuentus videntes defectum voluntatis fe-
cerunt ei plures suassones cum precibus , & muneribus , & quia eos
ad nihil inserviebant , subinde increparunt cum eisdem Pater-
mis minis , & die sequenti Habitum Religioso illum induerunt cum
omnimoda prædicti Petri repugnantia .

10 Vltrò demum admittentes cum Rmo P. Procuratore Generali
in fine suæ Relationis , quod illius Congregatio Infirmorum
mini-

ministerio addicta ex coacto, & inuoluntario Filio &c. nequit,
sive sibi, sive pauperibus Infirmis commodum aliquod, seu
vtilitatem in posterum sibi promittere; Subdimus, quod id
fortius procedit in nostro casu, attento quod Principalis,
quando etiam vellet, non posset eidem Religioni ex sanitatis
defectu commodum aliquod afferre, Testibus, omni exceptio-
ne maioribus, Medicis illis, qui eundem curarunt, de quibus
*in d. nostro præterito Summ. num. 19. litt. A. ibi = Laborat quodam
Accidenti astmatico, curationis incapaci, & ibi = Quapropter d.
P. Petrus nunquam erit capax perfectæ curationis à radice, quia
morbus iam est valde inueteratus, & radicatus = Quibus, uti
testantibus de re, ad propriam Professionem spectante, omnis
adhibenda est fides, Fagnan. in cap. Licet num. 141. de Præbenda,
Zacch. Qæst. medicoleg. lib. 2. tit. 3. qæst. 4. num. 2. & Ros. de-
cisi. 117. num. 15. & decisi. 312. num. 6. par. 15. Rec.*

Quare &c.

Dominicus Vrsaya Aduoc. Io: Baptista Melolius.

SACRA CONGREGATIONE
CONCILII
Rmo P. D.

DE ABBATIBVS

SECRETARIO

Toletana Restitutionis in integrū

P R O

R. Sacerdote Petro Serrano, prætenso
Professo Ord. Clericorum Regula-
rium, Ministrantium Infirmis

C V M

Rmo P. Procuratore Generali eiusdem
Ordinis.

Memoriale Additionale ex gratia
legendum

M Typis Leone, & Mainardi 1731.

Toletana restitutionis in integrum.

Stantibus &c.

Dubium ?? An sit Randum, vel recedendum à decisis in casu &c.

1. **E**mē, & R̄mē Dñe. P̄sens Causa grauis, & pietate digna, ratione nedum subiectæ materiæ, agit enim de subleuamine naturalis libertatis nimis acerbè, & crudeliter oppressæ, qua nil pretiosius, & æximabilius est ad Text. in leg. libertas, & leg. non est singulis §. fin. ff. de regulis Jur. Verum etiam, quia non aliud casus reperitur, nec reperiri potest, in quo Pater crudelis induitus more Barbari tam ferociter, & impie irruperit contra miserum filium pusillanimum, & teneræ ætatis vix attingentis annum 15. ad detrudendum illum contra omnimodam voluntatem sub vinculis perpetuis Religionis, quando Deus solum voluntarios sibi eligit milites proposita in hac Sacra Congregatio ne die 13. Ianuarii currentis anni reportauit responsum negatum, inde verò reproposita die 10. Martii habuit rescriptum: Iterum proponatur; Ad cuius rescripti formam cum in præseuti redeat sub oculis EE. PP. tutò confidimus assecuratam fore præoptatum exitum mediante responso: prævio recessu à decisis esse locum petitæ restitutioni in integrum: de quo reuerenter non minus, quam humillimè suppli camus.

2. Quoad concessionem prædictæ restitutionis in integrum, non est necesse demonstrare nullitatem ipsam professionis plenè, & concludenter, sed sufficit illius talis, qualis, & summaria probatio, formiter inde examinanda in suo iudicio ordinario, vt præsertim notat Cardinalis de Luca de regular. diso. 41. num. 13. ibi = dum Signatura, vel respectuē Sacra Congregatio Concilii quemdam probabilem, siue suffici entem fumum attendit.

3. Ut autem constet de hac summaria probatione prætermit Exponitur Summa explicationem præmaxime, & continua repognantia, mariæ factum quam D. Principalis semper habuit statui Regulari, & vice usque ad ingressuera continua violentie verberum, & minarum illatarum sum in Religio ab eius Patre terribili, & feroci naturæ, de quibus sunt nem, quod de plenæ depositiones Testium in Summario prima propositionis monstrat metum

grauem cadentem
in constantem
virum.

per tot. Et inter cætera signanter expendimus, quod adeo exercuerat furor eiusdem Patis, ut exacerbatus recluserit miserum filium loco carceris in quodam cubiculo prolatis verbis, & saepius repetitis = velis, nolis, debes fieri Religiosus.

- 4 Quem cum piissima Mater occulte tentasset liberare, inse-
cta fuit à dicto viro stricto pugione cum evidenti vita per-
iculo, nisi occurrisserent propinquui, & ipsa iustitia Sacula-
ris, quæ super hoc rigorosum intimauit præceptum, Quo
non obstante, & non obstante, quod facti enormitas exces-
sisset ad publicam admirationem, iterum reclusit eundem
filium in eodem cubiculo minitans, & intimans = ab hoc
cubiculo non exhibet, nisi ad triremes, vel ad Religionem = Va-
dè prædictus filius in modum singularem exterritus se pro-
iecit è fenestra, & confugit ad proximam Ciuitatem Com-
plutensem, ubi spatio octo, aut novem mensium occulte
permansit.
- 5 Simulante autem Patre furoris temperantiam, rediit subin-
de in paternam domum, sed statim expertus fuit simulatio-
nis effectum; Nam ille prætextu accedendi ad Regiam
Aulam Matriti de media nocte fecit ipsum ascendere in
equum insimul cum tabellione, & dum omnes erant in iti-
nere, cum propalasset suum animum ducendi eundem in
Religionem, iterum se projecit præcipitem ab equo fu-
giendo, & exclamando = nolo fieri Religiosus = Sed fru-
stra nam idem Pater illum arripuit, & posuit in proprio
equo, & taliter recto itinere duxit eundem in Domum Re-
ligiorum Aduersariorum Matriti, ubi illum reliquit la-
sum, suspirantem, & illacrimantem. Ut omnes Testes con-
cordant in dicto Summario num. 5. litt. I. M. ad litteram T.
num. 6. à litt. F. ad litteram N. num. 7. à litt. F. ad litt. L. n. 8.
à litt. C. ad litt. L. num. 9. à litt. E. ad litt. K. n. 10. à litt. D. ad
litt. F. & n. 11. 12. & seq.
- 6 Hoc factum usque ad ingressum in Religionem faciens fit-
missimam probationem ratione Testium, qui sunt numero
plures, quidquid de consanguineis Pars aduersa conata
fuerit insinuare, quia veritas est, quod illi in hac materia
magis probant iunctis præsertim adminiculis, & aliis testi-
bus, ut plenè responderet primus restrictus §. 40. & pluribus
sequens, & secundus restrictus §. 28. & sequens.
- 7 In suis circumstantiis mirificè concludit manifestam vim, &
violentiam, ac metum cadentem in constantem virum, cum
concurrentibus minis, & repugnantia metum patientis,
quælibet ex illis sufficeret ad prædictum effectum, ut colli-
gitur ex auctoritatibus satis notis EE. PP., & relatis in
dicto

dicto primo restrictu §. 12. , & sequens , & in secundo restri-
ctu §. 9.

8. - Idem filius taliter ductus in Religione neque etiam pietatem inuenit apud Religiosos , inter quos aderat R. P. Ioannes Garzia Provincialis , qui præconcipliens eius sufficien-
tiam , & habilitatem ad studia litterarum præcedenter di- Item exponitur
Summarie factum
à die ingressu Religionis , ex
etum Patrem præmissis stimulauerat dicto Summario num. 5. quo pariter re-
litt.C. num.6. litt.B. num.7. litt.B. num.8.litt.D.num.9.litt.D. fultat violentia,
Vnde primò curarunt illum allicere verbis , sponsonibus , & dissensu .
& oblationibus num.5. litt.V. , & num.6. litt.N. demum vi-
dentes id non sufficere , nihilominus minis eundem induerunt habitu Regulari dicto Summario num.6. litt. N. , priuatim , & nemine , ex Sæcularibus præsente dicto Summario num.29.litt.A.
9. Quo facto cum ipse se ostenderet summoperè afflitum , & gemebundum , pluries peteret vestimenta Sæcularia acce-
dens ad cubiculum , in quo illa asseruabantur dicto Summa-
rio num.6. litt.O. num.7. litt.N. pluries fuguerit è Conuen-
tu dicto Summario num.8. litt.L. num.9. litt. L. , & fugere
tentauerit impeditus dicto Summario num. 5. litt. AA. acce-
dente præsertim tempore professionis iidem Religiosi deti-
nuerunt illum , quanto potuerunt occultum , & de omnibus
certiorarunt eius Patrem instando , vt accederet ad dictum
Oppidum Matriti , & minitaretur , vt de facto euenit , cum
ille accesserit , & intimauerit , quod si Religionem dimisil-
set , dimisisset pariter vitam exploso in eum sclopo d. Sum-
mario num.6. litt.P.num.7. litt.O.num.8.litt.M. nu.9.litt.M.
quibus oppressus tandem professionem emisit .

10. Harum quælibet circumstantia eo fortius continuata con-
cludenter comprobat violentiam , & motum , vt de sua-
tionibus , & oblationibus in primo restrictu §.12. de pompa ve-
stitionis facta priuatim , & nemine , ex Sæcularibus præ-
sente apud Turret. conf.296.num.11. Alciat.conf.5. num.11.21
Barbos.vot. decis.1. num.55. Menoch. de præsumpt. lib.3. præ-
sumpt.126.num.26. & 27. Rot.decis.326.num.37. 38. & 39.
coram Gregor. decif.859. num.7. decis.859. num.7. coram Se-
raph. & decis.643. num.20. par. prima Recen. de petitione
vestimentorum Sæcularium in secundo restrictu §. 10. de-
fuga è Conuentu Petrus de Barb. conf.24. nu.7. Menoch.lib.3.
præsumpt.4.num.15. Barbos.vot.decis.1.num.68. Sperell. dec.5.
num.59. Rot. decif.643. num.26. par.1. decis.305. nu.7. par.15.
decis.250. num.14. & seq. par.16. & decis.405.n.15. par.18.
Rec. , & de comminatione mortis facta à Patre firmatur in
d. primo restrictu §.21.

Vnde dicitur *A 2 aut es nobis q. inimicis*

Demonstratur nullitas Profes-
sionis.

11. Vnde de nullitate ipsa professionis dubitare non con-
git, licet in ipso actu emissionis illius non interuenerint re-
clamations, & protestationes, quia istæ de iure non requi-
runtur quando in externum quoad Patrem, & eque quoad
Religiosos simulare debebat veram professionem in puncto
Gonzalez in cap. 1. de his quæ vim et usue causa sunt num. 7.
ibi = licet protestatio in præsenti confecta non fuisset ipsi ma-
rito, aut militibus, qui eam ducebant &c. = Ricciardell. in
Lyceo Ecclesiastico cap. 7. §. 7. num. 175. ibi = quando recla-
mans non fuit ausus contradicere, aut int' mare protestatio-
nem = Et etiam quia ab illa præcedenti violentia, & repu-
gnantia continuata arguitur voluntatis continuatio in ipso
actu, ut firmat Ricciardell. loco citato num. 163. ibi = Mi-
nus obstat, quod non probetur in actu professionis reclamasse,
vel se dolenter egisse, quea licet exaduersa probaretur, quod
impossibile est ipsum Fr. NN. leto animo professionem emisse
ad huc metus non esset exclusus = Pignatellus tom. 9. con-
sult. 173. num. 69. ibi = Nec obstat, quod protestatio facta non
fuerit in ipso actu professionis, nam satis est fuisse factam antea,
& quidem in susceptione habitus = Rota coram Arguelles de-
cisi. 9. num. 35. ibi = ac etiam verba, quæ ante actum protu-
lit, ex quibus bene præsumitur actus subsecutus = Rota post
Bordon. tom. 5. de profess. regulir. decisi. 8. in principio ibi =
constitutum enim iam fuit constare de ipsis metu ante tempus
ingressi Monasterii usque ad ingressum, quod quidem initium
malum influit in omnes subsequentes actus, & tempore.

12. Licet quandoquidem ipse plures amicis, & Consanguineis
manifestauerit, quod emiserat prædictam professionem coa-
ctè, & solum ad effigiendam iram suis Genitoris dicto Sum-
mario num. 8. litt. N. num. 9. litt. N. n. 14. litt. I. n. 10. litt. C.
num. 15. litt. B. quæ declarationes secutæ contemporaneè, &
& post actum ipsius professionis satis ostendunt illius nulli-
tatem Paris. cons. 60. num. 37. & seq. lib. 4. Pignattell. tom. 9.
consult. 173. num. 4. ibi = cum igitur ante, & post professionem
defectus voluntatis manifestatus fuerit clare liquet, quod non
divini spiritus afflatus ad dictam professionem deuenerit.

13. Hanc ipsam nullitatem comprobant duo non leues circum-
stantiæ quarum prima est, quod Dominus Principalis usque
a primis annis fuit semper pusillanimos, gracilis, & subie-
ctus continuis infirmitatibus, & signanter morbo pectoris,
quod decursu temporis taliter icde excrevit, ut euaserit in-
curabilis dicto Summario num. 6. litt. II. num. 7. litt. X. n. 10.
litt. T. & num. 19. litt. A. & tamen admissus fuit in Religio-
ne, quando in ea adsunt constitutiones, quæ expressè pro-
hibent admitti personas huius generis, etiam cum luspicio-

ne alicuius in dispositionis d. Summ. num. 27. litt. A.

14. Secunda est quod Pater ejusdem Principalis immo tota familia erat summopere paupera dicto Summario num. 21. litt.

A. E. G. & ctiam ex eisdem Constitutionibus admitti non possunt in eadem Religione habentes parentes Pauperes, dicto Summario num. 27. litt. B. super quibus requisitis copulatiuè recipi debent iudiciales informationes ab extra-neis, & a Correligionis, in quibus neque Reverendissimus Pater Generalis dispensare potest dicto Summario d. num. 27. litt. C. & G.

15. Vnde talis acceptatio, & admissio facta directè contra Constitutiones Ordinis arguit dolum in Religionis, ex quo cidentior redditur ipsa nullitas professionis, ut tradunt Turet. conf. 28. num. 23. Giouagron. conf. 67. num. 13. Menoch. lib. 3. præsumpt. 4. num. 17. Sperell. decis. 5. num. 40. & 42. & decis. 643. num. 21. part. 1. recent.

16. Idipsum multò magis credendum est, quia talis opinio publicè, & palam habita fuit apud omnes, quidquid in contrarium pro Religione afferant ijdem Religiosi, qui habent interesse in Causa, & respondebitur infra, & ita ex antecedentibus concomitantibus, & subsequentibus crediderunt omnes testes relatis in in dicto Summario, inter quos est specialis mater dicti Principalis, quæ conscientia rerum gestarum morti proxima post suscepitum Sanctissimæ Eucharistiae Sacramentum dixit quod = Solum ei uti Cattolice Christianæ Scrupulum remanebat non pandendi nullitatem professionis emissæ per P. Petruv Serrano eius filium = & rursus quod = huiusmodi incussi terroris metu coactus professionem filius emisit, qui semper ipsi Dominae Angelæ Matri manifestauerat coactè, & per vim professionem emisisse, & non animo je obligandi, sed effugendi iram sui Genitoris.

17. Speciales quoque sunt depositiones quinque Religiosorum Religionis Aduersariæ datæ in dicto Summario num. 15. ad 19. qui etiam conscientia de omnibus plenè afferunt dictam professionem fuisse, & habendam esse pro nulla atque irrita; ultra quos id etiam afferunt alii Religiosi examinati ad instantiam ipsius Religionis in dicto Summario num. 24. litt. D. & seqq. quæ quidem depositiones nedum ratione Scientiæ, sed etiam ratione interesse in eorum prejudicium maximi faciendæ sunt:

18. Post coactè, & simulatè emissam professionem viuente ad-huc eius Patre, & sic durante eadem causa timoris non est necesse demonstrare ulteriores reclamations ad effectum excludendi tacitam ratificationem, quia causa coactiva professionis influit in omnes actus subsequentes. Pignatell.

Ad die emissæ professionis usque ad obitum patris excluditur ratificatione.

30m.9. consult. 173. num. 105. ibi = ex eo quod metus ab ini-
cio fuit illatus , influit in omnes actus subsequentes , utique iste
consentur meticuloſis , ac propterea simulati , nulliusque sunt ro-
bororis ad effectum inducendi tacitam ratificationem professio-
nis = Rota coram Vbaldo dec. 276. num. 1. ibi = Nam de tempo-
re quo vixit Vitricus , qui metum intulerat videbatur indubi-
tatum metum non suisse purgatum , & per perseverantiam in
Religione , & alios actus etiam susceptionis Ordinum , ex quo
durabat eadem causa metus .

19. Attamen de dicto tempore neque una , sed plures adsum
conquestiones , & reclamations , Habemus enim , quo
quarto die post emissam professionem scripsit epistolam R.P.
Ioanni Serrano eius Fratii , in qua expresse declarauit se non
habuisse , nec habere ullum animum , ullamque voluntatem
permanendi in Religione ut in dicto Summario n. 5. litt. B.B.

20. Habemus etiam quod cum ipse occasione studiorum per-
maneret in Civitate Complutensi pro annullanda sua profes-
sione consuluit Aduocatos , eisque fecit facere plures alle-
gationes , quas eius Pater non sine innouatione minarum il-
licè dilacerauit , dicto Summario num. 5. litt. DD. num. 6.
litt. G. & R. num. 7. litt. Q. num. 16. litt. A. & C. & num. 17.
litt. A.

21. Tertio habemus quod fete semper querebatur gemebat ,
& apud amicos , consanguineos querebatur de sua vi , &
violentia , qua cogebatur permanere in Religione , ac plu-
ries protestatus fuit , quod solo metu à Patre incusso non re-
clamabat de nullitate emissæ professionis dicto Sui. num. 7.
litt. R. num. 8. litt. N. num. 9. litt. H. & num. 15. litt. B. & D.

22. Quartò quod plures apud eosdem protestatus fuit se nun-
quam habuisse animum , nec habere ratificandi dictam pro-
fessionem nullam tacitè , nequè expressè Summario num. 6.
litt. V. num. 10. litt. M.

23. Quartò quod demonstrabat continuam displicantiam , &
renuentiam obseruandi institutum Ordinis , & disciplinæ Re-
gularis dicto Summario num. 17. litt. B.

24. Sexto quod hac ratione plures faciebat , quidqui à place-
bat contra voluntatem suorum Superiorum , de quo depo-
nit idem P. Principalis examinatus ad instantiam Religio-
nis in dicto Summar. num. 22. litt. C.

25. Quæ omnia simul juncta apertè , & continuatim facta ex-
cludunt ipsum animum , & posituam voluutatem tacitè ra-
tificandi , ut ex auctoritatibus latè deducatis in primo restri-
ctu §. 61. quibus adiungitur Hoveded. conf. 78. num. 25. & seq.
lib. 2. Hovar. conf. 34. num. 3. & conf. 42. num. 6. de Regular.

26. In quorum confirmationem est revelans conjectura , quod
idem

idem Principalis vix defuncto proprio patre manifestauit : Se non habuisse merorem in obitu dicti sui Genitoris , ex quo tunc poterat allegare causa nullitatjs suæ professionis dicto Summario num. 10. litt. N. quodque tunc inquisuit statum terum hereditiarum , de quibus certiorauit eius Fratrem R. P. Ioannem Serrano mediante eius Epistola dicto Summario num. 5. litt. DD. & varias etiam fecit diligentias ad effectum justificandi prædictam nullitatem , quam magna cum libertate explicauit dicto Summario loco citato num. 6. litt. S. num. 74. litt. G. quod factum sequutum ex post declarat animum in precedentibus , ut firmant Doctores citati a Sanchez lib. 1. de Matrimonio disput. 8. num. 6. & alibi passim.

27. Hinc non obstat contraria insinuatio , quod testes relati , sint in aliquo dicto singulares ; Nam ultra quamquod hoc non verificatur in facto , respondeatur , quod quoties illa singularitas est adminiculata , & facti principalis consequiuia sufficit ad effectum inducendi probationem plenam ad differentiā singularitatis obstatuæ ; ut præceteris firmant , Venerabil. de matr. per met. contract. anno. 4. S. 3. Mangol. de metu cap. 10. S. 1. num. 8. Hodierna contr. 11. num. 63. Rota post Bordon. tom. 5. de profess. Regular. decis. 10. num. 7. ibi = Non obstat quod testes videantur singulares , quia ultra quod ad probandum animum videntur sufficere ex traditis &c. illa singularitas videbatur ad miniculata , & non obstantia = coram Buratt. decis. 206. num. 11. & seqq. coram Ludouisi. decis. 326. num. 46. & seqq. & decis. 374. num. 31.

28. Et retento themate præmissorum respondeatur etiam obiecto , quod Dominus Principalis hoc tot tempore fecerit omnes actus plenè voluntarios ad instar cæterorum Religiosorum . Si enim ipse semper gestis , & verbis manifestauit proprium animum repugnantem Religioni , si etiam plura gessit contra voluntatem superiorum , vt probatur testimonio eiusdem P. Provincialis dicto Summario n. 22. lit. C. multum iuuerisimile , immò falsum redditur , quod fecerit actus illos plena , & libera voluntate , vt exaduerso assertiones Religiosorum deponentium ad proprium commodam vti suspectæ ratione interesse non sint attendendæ Rota post Bordon. tom. 5. de profess. regular. decis. 3. num. 5. vers. quia ibi = Hac probatio allata pro Monasterio redditur multum turbida &c. & est etia aliquantum suspecta propter Monasterij interesse = & decis. 9. vers. quæ in contrarium ibi = Quæ in contrarium deducuntur ex testibus , non fuerunt habita in confederatione , ex eo quidquid per Moniales probatur , est volde suspectum propter interesse .

29. Propterea si per existentiam Patris existebat eadem Causa metus, falsum est, quod actus liberi inducent tacitam ratificationem, sed si semper simulati presumuntur, quamvis in externum gesti appareant latro animo, & magna cum laetitia Rota coram Merlin. decis. 455. nam. 7. vers. non obstat ibi = Quoniam dato durasse causam metus, formidinemque usque tunc suisse illatam, quicunque aetius latitiae, & iunctudinis metum non purgant = quam sequitur Monasell. tom. 3. ad form. 36. sic. primo num. 21. ibi = Metus semel incusus durat, & durare presumpitur, quamdiu durat eius Causa, quamvis in actu externo appareat liberus = Barbos. vot. decis. 17. num. 147., & sequen. lib. 2. Rot. coram Seraphin. decis. 1166. per tot.

30. Nec quidem relevante quod idem Principalis iuxta prescriptum Constitutionum Ordinis annuatim cum ceteris Religiosis renouauerit vota professionis; Nam praemissio, quod in actu eiusdem renouationis semper se protestauit, quod eam faciebat ad effectum adimplendi externum, & quod intelligebat fieri eo prossus modo quo professionem fecerat, dicto Summario num. 6. litt. DD. num. 17. litt. R. Talis renouatio ut potest quia facta est iuxta legem, & morem Religionis, cui durante eadem Causa metus contradiceret non poterat, non meretur ullam considerationem ad inducendam tacitam ratificationem, ut firmant punctualissime auctoritates Doctorum huius Sacrae Congregationis, & Concilij Romani, quas recognoscere supplicamus in secundo Restri SS. 34. 35. 36.

Post obitum Patris sequitur excludingendo tacita ratificationem.

31. Defuncto autem praefato eius Patre de anno 1721. licet ipse habuisset animum reclamandi, non tamen id exequi potuit, concurrentibus pluribus iustis Causis, de quibus infra; Predictus animus autem respectu in exclusione tacita ratificationis mitifice ostenditur; Et primum ex enunciata circumstantia, quod immediate inquisivit statum rerum hereditiarum, quodque ad explicavit magna cum libertate nullitatem dicit et sua professionis parando ad hunc effectum necessarias iustificationes d. Summario num. 5. litt. DD. num. 6. litt. S.

32. Secundo ex quo semper, & continuo ostendit, ac declarauit, maximam, & continuam repugnaciam statui Regulare dicto Summario num. 15. litt. D. num. 17. litt. B. nec non sepius protestatus fuit quod intendebat reclamare aduersus dictam suam professionem, sed quod ad hunc effectum expectabat tempus opportunum dicto Summario num. 8. litt. N. num. 5. litt. EE. num. 6. litt. T., & num. 14. litt. S.

33. Tertio quia eodem tempore iuxta morem Religiosorum nunc quam

quā annouatim renouauerit vota professionis, nisi de anno 1726.
Et tunc publicè declarauit explere eandem renouationem metu
panæ, & eo prorsus modo, quo professionem emiserat d. Summ.
num. 18. litt. C.

34. Quarto quia cum ipse sumendo prætextum latendi ma-
trem inopem ad effectum liberè iustificaudi nullitatem dictæ
suæ professiovis curasset se eximere à Domo Religiosorum,
& ab obedientia Regulari, & reuerà de hoc assegurus fuis-
set indulatum à S. Sede dicto Summario num. 5. litt. EE. n. 6.
litt. V., & num. 10. litt. L. eadem Religio consultò dene-
gando licentiam instanter se opposuit executioni dicti indul-
ti dicto Summario num. 22. litt. F. num. 35. litt. A., & ut il-
lum diuerteret à voluntate reclamandi D. Comes de Cate-
na pro eodem petijt, & impetravit munus Regij Conciona-
toris dicto Summario num 5. litt. num. 6. litt. X., & n. 10.
litt. L. Quæ instantia facta ad se eximendum à Monasterio
concurrente præsertim impedimento opposito à Religione
& consanguineis; consideratur maxima conjectura pro ex-
clusione tacitæ ratificationis Rota post Bordon. tom. 5. de pro-
fessi Regul. decis. 8. vers. & ex ipso ibi: Et ex ipso facto veri-
ficatura Mariam tentasse exire de Monasterio, neque id conse-
qui potuisse.

35. Quintò ex quo intra quinquennium nempe sub die 20. Ju-
ly anni 1726. fecit diligentias ad reclamandum ut in Summa-
rio secunda propositionis num. unico; Quæ pariter considera-
tur vehemens coiectura pro eadem exclusione tacitæ ratifi-
cationis, vt firmant Decian. conf. 18. num. 2. volum. 3. Re-
buf. conf. 68. num. 10. Manent. conf. 79. num. 4. Menoch.
lib. 6. præsumpt. 83. num. 17. Mascard. conc. 1244. num. 26.
Cyriac. contr. 37. num. 36. Bordon. dicto tract. tit. 21. de ra-
tific. profess. n. 5. ibi: Tertio eliditur præsumptio tacitæ ra-
tificationis, dum probatur professum ante quinquennium con-
questum fuisse de nullitate professionis, & procurasse reclama-
re = Surd. decis. 194. n. 59.

36. Sextò, & quod specialissimum est idem Principalis plu-
ries, & continuatiū declarauit, quod nunquam intende-
rat, neque ullo modo intendebat ratificare dictam suam
professionem nec tacitè, neque expressè dicto Summario n. 6.
litt. II. num. 7. litt. V., & num. 10. litt. M.

37. Septimò demum concurrit, quod superius enunciati
quinque Religiosi de numero Aduersiorum plenè consci
de omnibus constanter asserunt, quod attenta illius præma-
xima repugnantia erga statum regularem, & priuatim, &
publicè manifestata non credidisse, neque ullo modo crede-
re eandem professionem tacitè, vel expresse ratificatam di-

Etio Summario num. 13. litt. S. num. 16. litt. G. & H. num. 17.
litt. S.

38. Vnde vel nunquam admitti potest excluso tacite ratificationis, vel certe illa admittenda est in praesenti hypothesi, in qua animus repugnans, & contrarius eidem tacite ratificationi continuo manifestatus fuit repugnantibus, declarationibus, & protestationibus; Quando de cetero ad predictum effectum sufficeret omnis modica presumptio, ut firmat Ricciardell. in Lijceo Ecclesiastico cap. 3. §. 5. num. 96. ibi = omnis modica presumptio sufficit ad tollendam illam ratificationis = Laren. alleg. 35. num. 10. part. 1. Gamarat. resp. 1. num. 34., & num. 111. ad 118. Ea ratione, quia post Concilium Tridentinum ob iustificationem illorum quinque requisitorum, quae plene expendit Sanchez. ad precep. Decal. tom. 2. lib. 5. cap. 3. num. 4. Quæque necessariò concurrere debent ad inducendam predictam tacitam ratificationem, eadem ratificatio ratissimè contingere solet, ut firmant punctuales auctoritates relatæ in secundo Restrictu §. 38.

39. Ac posita in eodem Principali continua repugnancia erga Statutum Regularem manifestata etiam declarationibus, & protestationibus in ea persistisse presumuntur per quodcumque tempus in exclusionem tacite ratificationis, ut enim docet Aristoteles quarto Physicorum cap. 10. = Omne quidem fieri in tempore, nibil autem præter tempus, quia tempus mensura est actuum humanorum, non vero causa = Et in præcisiss terminis ex doctrina Bart. firmat Carene resol. 81. num. 36. ibi = Ex tempore autem solo non presumitur mutatio voluntatis quia, tempus non inducit Ius, sed est mensura durationis attus, qui geritur.

40. Ut etiam animum reclamandi, & quod illum magis comparbat, concurrunt plures causæ iuste, & honestæ, ob quas non potuit introducere iudicium reclamationis, vnde cognatus fuit simulare adhuc professionem nullam; Inter quas specialis est summa illius paupertas, in qua obstringebatur tota eius familia, & per quam eiusdem Pater debuit comparatis elemosinis illum inducere habitu regulari dicto Summario num. 21. litt. A. C. G.; Quæ causa paupertatis, & impotentiaz succumbendi impensis necessarijs consideratur iusta, & sufficiens ad simulandum, ut in primo Restrictu §. 74.

41. Alia Causa, quod cum ipse usque a primis annis fuisset naturæ gracilis, & subiectus continuis infirmitatibus decrecenti etate, & præcisè de dicto tempore nempe à mense Novembri anni 1721. iacuit infirmus febri malignæ dicto Summario ym. 6. litt. G. num. 15. litt. E., & num. 18. litt.

litt. D. Item de anno 1722. cum magno vitæ periculo dicto
Summario num. 17. *litt. D.*, & subsequenter continuò labo-
ravit morbo astmatico a medicis declarato incurabili *dicho*.
Summario num. 6. *litt. D.* num. 7. *litt. X.* num. 10. *litt. T.* n. 16.
litt. I., & seqq. Qua ratione in nullo ex subsequentibus an-
nis interuenire potuit renovationi votorum *dicho* Summario
num. 25. *litt. F.* num. 16. *litt. D.*, & num. 17. *litt. C.* quæ Cau-
se infirmitatis de se iusta, & sufficiens redditur.

42. Alia Causa est, quod sicuti ipse a pueritia instanter opta-
bat addiçji statuti Sacerdotis sacerdotalis *dicho* Summario n. 5.
litt. F. num. 6. *litt. D.* num. 7. *litt. D.*, & num. 33. *litt. R.* Ac
de tempore obitus Patris insignitus reperiretur ordine Sub-
diaconatus *dicho* Summario num. 5. *litt. D.*, & num. 6. *litt. T.*
Ita reclamando iustè timebat, quod Reverendissimus Epis-
copus illi non contulisset cæteros Ordines, quod plusquam
probabilitet evenisset, præsertim in Regnis Hispaniæ, in
quibus rigorosè viget obseruantia Religionis, & de causa
simulandi ob assequitionem Sacrorum Ordinum, quando re-
clamando de illa iustè dubitatur firmat. A Spiritu Sancto in
directorio Regularium tractatu 3. de obligat. Religiosorum dis-
pus. 3. sect. 3. num. 150. ibi = Item poterit Ordines suscipere,
nam licet præceptum Ecclesiasticum sit, neminem ordinari posse,
quid vel sit verè Religiosus, vel patrimonium habeat, cessat
hoc præceptum in casu urgentis necessitatis = Imò id colligitur
ab Elementaribus regulis Iuris Canonici, quibus edocemur,
quamlibet utilem simulationem esse sumendam, ut est Text.
in Can. Utilem 21. Causa 22. quæst. 2. ibi = Utilem simulationem, &
in tempore assumendum Regis Israël nos doces Exemplum =
Et ex dicto Diui Augustini in Genesi Text. in Can. Quæritur
22. Causa 22. ibi = Es in hoc ostenditur, quod nemo debet ten-
tare Deum suum, dum habet quid rationabili consilio facias =

43. Ultima demum Causa est, quod non poterat commode
reclamare, & parare sibi necessarias iustificationes in ea-
dem domo Religiosorum cum gabitu, & sub obedientia Re-
gulari saltem nisi cum magna perturbatione, & inconve-
nientibus prout de facto evenit, quando videns desperatam
Causam reclamauit, vt enunciatur in dicto Summario n. 39.:
Quam quoque Causam iustum, & honestam esse firmante
Portell. in Dub. Regular. Verb. Professionis nolle reclamatio
num. 46. ibi = dimisit habitum, quia cum illo non poterat alle-
gare Causas suæ nullitatis = Rodriguez tom. 3. quæst. regular. 17.
artic. 16. vers. respondeo ibi = & non obstante quod elapsum sit
quinquennium non est repellendus supradictus, vt non alleges
Causas &c. quibus illo tempore non potuit reclamare, nam li-
cet dicat, quod intra quinquennium debet reclamare, hoc in-

3

selligatur SI COMMODE' fieri potest iuxta superius notata.

44. Si igitur præscindendo à declaratione animi reclamandi tam instanter , & continuò facta, adsunt plures iustæ , & honestæ causæ simulandi, & differendi eandem reclimationem & de quibus omnibus consulto protestatus fuit , ut habemus in dicto Summario num.5.litt.DD.num.6.litt.T., & n.14. litt.S. iam inde nullo modo , nec per quodcumque tempus induci potest tacita ratificatio , quia simulatio inficit in omnes subsequentes actus , quamvis apparenter liberos , & cum plena voluntate gestos Alex. conf.99.num.8.lib.primo Giouag. conf.67. num.71. Pignatell. tom.9. consult.173. n.24., & latius infra .
45. Hinc respondeatur obiectis in contrarium propositis , & signanter epistolæ a D.Principali die 15.Iunij 1726.scriptæ Reuerendissimus Patri Generali Ordinis , in qua exprimit , quod eius omne desiderium erat seruire Religioni , qua mediante sperabat sibi patetieri viam salutis æternæ , ut in Summario additionali primæ propositionis num.7. litt. B.
46. Nam præmisso quod in dicta epistola se excusat de eo , quod sæpe ibat in domum Comitis ac Catena , quod peruererat ad notitiam dicti Reuerendissimi Patris Generalis , & in causam prædictæ excusationis scripta fuerunt illa verba ut constat ex immediate sequentibus , ibi = perciò questa è la causa , per la quale affatto , e vado alla di lei casa , è fö li suoi negozi = Vnde est , quod si in Causam prædictæ excusationis prolata sunt illa verba , adhuc reputari debeant fictitia , nec probant verum animum ad effectum inducendi tacitam ratificationem .
47. Si retineatur in mente series conquestionum superius expositarum , & causæ simulandi , de se dicta epistola est insufficiens ad includendum animum tacitè profitandi , cum scripta sit in loco , & domo Religiosorum , ac sub obedientia Regulari , sub qua simulare debebat in punto Rot. post Bordon. d. tractatu de professione Regular. dec.11. num.5. ibi= Non obstat , quod post mortem Auiæ &c. ex declaratione expressam , quam fecit de mense Decembris eiusdem anni , & sic decem mensibus post mortem Auiæ , in qua dixit se ex bona voluntate , & affectione indixisse Ordini , Sancti Benedicti &c. dicebatur etiam facta in castro , & loco Aduersariorum quibus Renata forte non poterat consadicere , quo casu tamquam facta in loco non tuto non dicitur sufficiens ad purgandum metum , cum requiratur , ut illum patiens sit plena sui libertate constitutus .
48. Id etiam congruit pro responsione secundæ obiectioni RR. Aduersariorum , in qua dicunt , quod pariter hoc tempore D.Principalis gessit omnes actus ad instar aliorum Religio-

ligiosorum, & exercitio Officiorum Capitulij, Secretarij P. Provincialis, & Concionatoris.

49. Nam præmisso, quod supradiximus in §.27., & quod testatur ipsemet P. Provincialis D. Principalem fecisse plures quidquid ei placuit contra voluntatem suorum Superiorum; Ex quo ipso facto falsum redditur, quod fecerit huiusmodi actus liberos, & denotantes animum ratificandi.

50. Scantibus superius enunciatis reclamationibus, & causis simulandi non probant actus gesti ad instar cæterorum Religiosorum ad inducendam tacitam ratificationem, quia isti præsumuntur procedere ex causa simulationis, & ad illum effectum necessarium foret, quod non essent referribiles ad aliâ causam uam tacitè ratificationis Nouar. cons. 23. n.2. cons. 34. n.4., & conf. 89. n.5. vers. Quare de regul. Gratian. discept. foren. 440. n.22. & seq. discept. 850. n.15. Ciarlin. contr. tom. 1. cap. 1081. num. 61. Graff. decis. aur. part. 1. lib. 3. de regular. num. 22. Rota post Bordon. d. tract. decis. 12. num. 3. ibi = Necesse esset, quod isti actus non possent referri ad alias Causam &c. alias quando potest sumi alia coniectura, illa sumitur = & cor. Roxas decis. 491. num. 16. Et in proposito est specialis doctrina Fagnan. in cap. Vidua de regular. n.3. ibi = Quarta conditio est ut habeat animum profitendi, & hanc conditionem exigunt Non &c. qui amplius putant non sufficere, ut qui se ingerit actibus professorum, habeat se negatiuè, sed afferunt requiri, ut habeat animum posituum profitendi, eo quod iij actus eatenus professionem inducunt, quatenus internum profitendi animum designant, in habente autem se negatiuè, nullus est interius profitendi consensus.

51. Rursus præsumuntur gesti ob respectum, & reuerentiam Superioris, cui quoad forum externum subiectus erat, & non poterat contradicere, ex quo attendendi non sunt, nec faciunt probationem Ricciardell. in Lyceo Ecclesiastico cap. 3. §. 5. num. 135. ibi = Professio itaque inualida non ratificatur per actus conuenientes solis professis, quia possunt fieri ex alia ratione, quam animo profitendi. ut per reuerentiam, verecundiam, & his similia = Rota post Bordon. d. tract. d. decis. 12. num. 4. ibi = Credendum est Renatam interuenisse illis actibus exaduerso relatis ob reuerentiam Abbatissæ, cui illa cum esset, quoad formam exteriorem in statu Manialis, & Professæ subdita contradicere non poterat, nec potest præfertim ante sententiam, & rem iudicatam ad sui fauorem.

52. Similis responsio datur exercitio Officiorum nimicrum Cap. Serij, Secretarij P. Provincialis, & Concionatoris, ista enim sunt merè temporalia, & acceptata pariter præsum-

muntur reverentia Superiorum. Ricciardell. in Lyceo Ecclesiastico cap. 3. §. 7. num. 118. ibi = Quia Officia praedicta potuerunt acceptari propter obedientiam Abbatissæ, cui non poterat absque labore contumacia se opponere, & ideo dicitur acceptatio facta metu Superioris, & ob obedientiam, & verendum non conualidant professionem.

53. Quæ quidem in linea præsumptionis solummodo operari possent, quando idem Principalis illa petijset, & supplicasset; Verum quoties eo non supplicante, nec petente data fuerunt à proprio Superiore, ut constat ex d. Summario num. 22. litt. D. non merentur aliquam considerationem, ut ex proximè firmatis, & notat Fagnan. in d. cap. Vidua de Regular. num. 27. ibi = Quarta conditio est, ut his actibus se ingerat sponte, ut probat hæc Decretalis.

54. Ex his neque etiam obstat, quod in sequelam Causæ simulationis suscepit Ordines Sacros, quod est ultimum obiectum Aduersariorum; Nam Ordinum susceptio non inducit ipso Iure tacitam professionem, cum sint ab illa distincti, ut præ cæteris Pignattell. tom. 9. consult. 173. n. 74. ibi = Ordinum susceptio res est à professione distincta.

55. Et licet operari possunt in pura linea præsumptionis eadem opposita præsumptio animi tacite non ratificandi quemadmodum excludit illam industam ab actibus gestis more Religiosorum, & ab exercitio Officiorum ita excludit istam, quæ induci prætenditx à susceptione Sacrorum Ordinum, qui propterea de per se præsumptionem prædictam non concludunt Rodriguez. tom. 3. quæst. Regular. 17. art. 16. vers. Secundo ibi = Nec si suscipiant Ordines Sacros &c. sufficit ad præsumendum tacite professum, tūm quia nullo Iure id cauetur, tūm quia susceptio Ordinis res est separata à professione= Ricciardell. in Lyceo Ecclesiastico cap. 3. §. 7. n. 28. ibi = Non intelligitur ratificata professio nulla permantionem in Monasterio, nec per Ordinum susceptionem, quia d. actus non includunt in se formaliter, nec virtualiter consensū in professionem renouatam &c. in dubio pro libertate pronuntiandum est, cum Deus voluntarios eligit milites= Pignattell. d. consult. 173. num. 95. ibi = Et quoad susceptionem Ordinum cum sint actus, qui citrè Ius, & nomen Religionis fieri possunt, & conueniunt etiam Secularibus &c. remanent equiuoci, & non apti ad inducendam ratificationem Professionis, & Rota coram Vbaldo dec. 573. num. 20.

56. In quorū omnī confirmationē accedunt depositiones supradictor. quinque Religiosorum formiter factæ hoc ultimo tempore, nempè de anno 1727., & date in d. Summario n. 15., qui plenè conscienti de antecedentibus, concomitan-

tibus, & subsequentibus, de actibus factis exercitio Officiorum, & susceptione Sacrorum Ordinum in exonerationem propriæ conscientiæ, tute dicunt, & fatentur D. Principalem semper fuisse, & esse repugnante statui Regulari, & quod iuxta eorum, & omnium opinionem nunquam ratificauit professionem nullam, quæ depositiones præmaxime attendendæ sunt ex supersüs firmatis §. 28.

57. Accedit insuper declaratio eiusdem Principalis emissa medio iuramento, iudicialiter nempè præsentibus Notario Apostolico, & Testibus in dicto Summario num. 33. in qua exponens causas, & veritatem facti declarat infinitas animi amaritudines, quas semper habuit, & expertus fuit in statu Regulari, & nunquam habuisse, neque habere animum profitendi, nec tacite, nec expreſſe. Quæ delaratio ab ipso medio iuramento facta, coadiuuata alijs adminiculis in hac materia facit plenissimam probationem etiam iuſui commodum, quia in foro Animæ in omnibus credendum est confitenti gloss. in cap. Mulier in verb. periurij de Iureiur., & in cap. significasti num. 18. in verb. credendum de Homicid. ubi Panormit. num. 7. ibi = Nota glosam iuncto Textu, nam quotidiè hoc allegatur, quod in foro Animæ de omnibus credendum sit confitenti, & ratio est, quod ibi tantum tractatur de fauore, vel præjudicio suo non alterius; Vnde mendacium ſibi ſoli nocuum est &c. & imò plus ibi colligitur, quod non ſolum ubi agitur præcisè in foro Animæ credendum est confitenti = Ioannes de Amania in dicto cap. Significasti de Homicid. num. 4. ibi = Quæ propositio verissima est &c. ut benè etiam in foro contentioso = & poſt doctrinam Hostien. tradit Ioannes Andreas in cap. Significasti de Homicid. num. 3. Burr. n. 24. ibi = Iudicio Animæ cuilibet credendum est, quia non est credendum, quod ſit immemor ſalutis dicit Hostiensis, quod etiam in foro contentioso creditur &c. item illi testi credi debet, qui melius veritatem nouit, sed poſt Deus nullus melius nouit ſuam conſcientiam, quam is de cuius queritur conſcientia = & cæteri Canonistæ.

58. Et in puncto est Tex. in cap. Mulieri de Iureiur. ibi = Sed ſuę conſcientiæ potius reliquendum eſt = & ſequuntur communiter Abbas in cap. Vidua de Regular. num. 5. ibi = Nota quod ſemper in dependentibus à conſcientia, & ab animo alicuius ſtatus iuramento illius = ibique Ancharan. num. 3. Suarez de Relig. tom. 2. lib. primo de eſſentia, & honestate voti cap. 3. num. 14. ibi = Quia in foro conſcientiæ credendum eſt homini tam profeſe, quam contra ſe, quia in illo foro non agitur niſi de bono conſcientia eiusdem, & eodem trahit atu tom. 3. lib. 7. cap. 2. num. 4. ibi = Nam etiam in foro Ecclesiæ credendum videtur ei, qui iuramento conſeruauit V.G. ſe non habuisse intentionem profitendi, aut aliud ſimile impedimentum

sum habuisse, nam cum hac obligatio sit ad Deum, & pendeat ex voluntate hominis videtur maxime pendere ex conscientia profidentis, idemque fidem ei esse dandam, & permittendum, ut iuxta suam conscientiam operetur: & ratio à Doctoribus assignata inserita est in Iure Canonico, & expressè legitur in arg.d.cap. Videz de Regular. 27. quæst. 1. vbi ita habetur, ibi: Nos autem nullum talibus laqueum debemus iniungere, sed solum adhortantia, nè præmij sempiterni, pœnasque proponere Diuini Iudicij, ut est nostra sit absoluta conscientia, & illarum pro se rationem Deo reddas intentio: & tenuit Rota coram Priolo decif. 317. num. 11.

59. Ex quibus de nullitate ipsa professionis vel expresse, vel tacite, quando etiam aliquo modo dubitaretur, adhuc pro eadem nullitate pronunciandum esset ex ratione, quam considerat Suarez de Relig. part. 3. lib. 6. cap. 4. num. 9. infra ibi: Fuit valde expediens Ecclesiam tales profesiones irritas facere, quia non poterat alio modo Animarum periculis, & necessitatibus sufficienter succurrere: & firmat ~~spiritus~~ Restrictus §. 81.

60. His positis ex parte nostri Principalis comprobantibus inveterificationem tacite professionis, sive ratificationis, præterea dicimus, quod illa neque etiam verificari potest ex parte Monasterij acceptantis; Quia cum professio sit consensus mutuus, in quo Professus se obligat Religioni, & Religioni se obligat Professio post primam obligationem nullam, quando Professus nouiter se obligat Religioni, necessaria erat ex parte Religionis, noua acceptatio, & noua obligatio, vt auct. Pignattell. tom. 9. consultat. 173. num. 92. 93. ibi: Professio, est consensus mutuus, quo Professus se obligas Religioni, & Religioni Professio &c. Vnde &c. quia ex parte profidentis non aderat vera obligatio, necessaria est noua intentio acceptandi nouam obligationem profidentis.

61. Cumque nullitas professionis innotesceret ipsi Religioni, ipsa enim stimulauit dictum eius Patrem, vt faceret filium Religiosum dicto Summario num. 5. litt. C. num. 6. litt. B. num. 7. litt. B. num. 8. litt. D. & num. 9. litt. D. vedit modum, quo idem filius ductus, & relictus fuit in Religione lassus, suspirans, gemens, & exclamans, quod nolebat fieri Religiosus dicto Summario num. 1. litt. V. & X. num. 6. litt. N. num. 8. litt. C. ipsa conata fuit illum repugnantem allicere suasionibus, & oblationibus dicto Summario num. 5. litt. V. num. 6. litt. N. & postquam cognouit laborem irritum, ipsa illum induit habitu Regulari minis, & priuatim nemine ex secularibus præsente dicto Summ. num. 29. litt. A. ipsa illum vedit toto tempore illachrymantem, & pententem vestimenta sacerularia dicto Summario num. 6. lit. O. num. 7 litt. N. fugientem è Conventu dicto Summario num. 8. litt. C. & num. 9.

num.9. litt.L. & fugam arrepturum impedituit dicto Summario
num.5. litt.AA. ipsa de omnibus certiorauit illius Patrem, ut
accederet ad Matritum, & minitaretur dicto Summario n.6.
litt.P. & num.7. litt.O. num.8. litt.M. num.9. litt.M. ipsa de-
nique ab his antea, & subsequenter gestis evidentem noticiam
habuit de coactione, & nullitate professionis, ut testantur
Iudicem Religiosi dicto Summario num.15. & 19. imo etiam illi
examinati ad instantiam Religionis: dicto Summario num.24.
litt.D. atque hac ratione ipsa se opposuit exequitioni Brevis,
in quo idem Principalis obtinuit facultatem excundi e Monas-
terio praetextu alendi matrem inopem d. Summ. num.22. litt.F.

num.31. litt.A.

62. Vnde illa noua acceptatio, & obligatio sanari non po-
tuit per aquiescentiam subsequam ipsius Religionis, quia
conclusio procedit solum in casu, quod nullitas professionis
fuisse prorsus occulta ipsi Monasterio, secus vero quando
illi fuit nota, & manifesta, ut distinguit idem Pignatell. loco
citato num. 94. ibi = Sententia verò contraria procedit, quan-
do nullitas professionis est omnino occulta ita ut Monasterium
sit in bona fide de validitate ipsius tunc enim sufficit solus con-
sensus tacitus, alias inualidè professi, nec requiritur nouus con-
sensus expressus Monasterij.

63. Sed quid inquirimus nullitatem professionis ex capite
dissensus, si adeo ipsa nullitas Iuris, & de Iure; Quoties
enim habemus in facto quod Pater Domini Principalis erat
pauper, imò tota illius familia, quodque idem Principalis
erat gracilis, & subiectus continua infirmitatibus, quæ de-
cursu temporis à Medicis declaratae sunt incurabiles; Et
quod in Constitutionibus Ordinis prohibetur admitti per-
sonas habentes aliquem ex his defectibus etiam in pura su-
spicione ablata facultate Patri Generali dispensandi, ut
docuimus in §§.13., & 14.

64. Eadem professio facta contra formam Constitutionum
Ordinis nulla est, atque irrita ipso Iure, & ita disponentibus
ijsdem Constitutionistus, ut in dicto Summario num. 27.
litt.D. ibi = Decernimus, stabilimus; quod si proseuerans di-
ctis impedimentis irretitus &c. cum illis professionem emitte-
ret, talis professio ex nunc pro tunc sit nulla, ac nullius roboris,
vel momenti.

65. Hinc descendentes in præsenti ad iustificandam nostram Exponuntur ra-
petitionem restitutionis in integrum supplicamus ante om-
nia animaduertere. Primo quod si ex dictis constat de nul- tiones quibus
lite professionis, & deficientia ratificationis clare, & in probatur esse,
controvribilitate id satis, superque est, ut prædicta restitu- concedendam re-
silio concedi debeat, cum ad hunc effectum sufficiat solus fu- stitutionem in-
tegrum.

mus

mus nullitatis inde funditus discutiendæ in suo Iudicio ordinario, ut ultra Card. de Luca in principio citatum de stylo huius Sac. Congregationis firmant Conrad. cap. 14. num. 15., Pignattell. tom. 9. consult. 173. num. 107. ibi = Eoque minus si non agatur de nullitate, sed de restitutione in integrum aduersus lapsum quinquennij, ad quam obtainendam iuxta proximam Sac. Congregationis Concilij, satis est dare talem, qualem probationem relevantiæ materiae deducendæ coram Iudice Ordinario = Donat. rer. regular. tom. 2. tit. 12. de reclamat. question. 14. n. 11. Lezzana quest. regular. verbo professio nu. 21., Barbos. de potestate Episcopi allegat. 104. num. 17.

66. In quo etiam notandum est, quod quemadmodum animus ratificandi, ut probatum est non inducitur ab exercitio Officiorum Religionis, & à susceptione Sacrorum Ordinum, sic etiam illa impedire non possunt ipsam restitutionem in integrum Portell. in Dub. regular. verbo professionis nulla reclamatio num. 42. vers. Notat etiam in fine ibi = Et id verum habet etiam si durante quinquennio recepit Ordines Sacros vel Officia Ordinis = Pignattell. ubi supra num. 76. ibi = Non obstante susceptione Sacrorum Ordinum; & exercitio actuum, & Officiorum Religionis quantumcumque tempus post quinquennium elapsum fuerit, firmanit Rota &c.

67. Secundo, quod non verificatur acquiescentia Domini Principalis toto tempore quinquennij, nam eius Pater obiit de mense Octobris 1721., & ipse non obstante, quod debuissest adhuc dissimulare, reclamauit extrajudicialiter apud Amicos, & consanguineos, ut superius probauimus, & insuper curauit iudicialiter reclamare intra quinquennium, ut constat ex epistolis transmissis sub die 20. Julij anni 1726., & incumbentia data in Curia D. Ioanni Relano de Lamo datis in Summario ultima Pr positionis num. unico; quæ quidem extrajudicialiter reclamationes sufficiunt ad obtainendam restitutionem in integrum, ut perpendendo rationem, quod si illæ essent iudiciales, frustra peteretur restitutio in integrum, respondet Rota post Bondon. tom. 1. de Profess. regul. decif. 3. num. 8. ibi = Si tales fuissent protestationes Didaci non fuisset opus impetrare restitutionem in integrum, ut etiam consideratur in d. Neapolitana.

68. Nam acquiescentia quinquenij praescribitur ad præsumendum animum tacite ratificandi, qui animus præsumi non potest tantibus reclamationibus etiam extrajudicialibus, ut concludunt, Pignattell. dicta consult. 173. num. 70. ibi = Ad obtainendam restitutionem in integrum attenduntur extrajudiciales attestations = Barbos. in collect. DD. ad Con-

cilium Tridentinum sess. 25. cap. 19. num. 10. ibi = Unde in
vna Colimbrien. 20. Aprilis 1630. Sac. Congregatio Concilij
me informante concessit restitutionem in integrum aduersus
lapsum quinquennij Puellæ Colimbrien. prætendenti per vim,
& metum Parentum ingressum Monasterium, & Professionem
emisisse, de quo reclamauit intra quinquennium apud Consan-
guineos, eadem Rota post Bordon. dicto tract. decis. 37. num. 11.
ibi = Ex eo quod ante quinquennium nonnullis Consanguineis,
& illis reclamauerat concessam restitutionem in Sac. Congre-
gatione Concilij.

69. Præterea præmissis diligentius factis à D. Principali, vt
constitueretur in plena libertate reclamandi consideratis in
§§. 31. & 34. concurrunt quatuor Causæ simulationis, & im-
pedimenti habitu toto tempore decurso nempè paupertatis,
infirmitatis, non reclamandi cum habitu regulari, & su-
scipiendo Ordines Sacros, quæ causæ iustæ sunt, & honestæ,
vt probauimus §§. 40. 41. 42. & 43.

70. Quibus stantibus Causis differendi reclamationem vltra
quinquennium, de sufficientia dubitare non contigit ad con-
sequendam restitutionem in integrum, quia concurrente vna
ex ipsis, ipso Iure sit locus eidem restitutioni in integrum,
vt firmant Pignattell. dicta consult. 173. num. 99. ibi = Nibilo-
minus, quando justa suadente causa intra quinquennium non
fuit deductus ope restitutionis in integrum &c. succurritur = post
Bordon. dicto tractu decis. 37. num. 11. ibi = Et præterea san-
mem. Urbanus VIII. recte concessit restitutionem aduersus lap-
sum quinquennij, quam ex iusta causa esse concedendam = Bar-
bos. in collect. DD. ad Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. num. 8.
ibi = Non reclamantem intra quinquennium, vel quia fuit im-
peditus, vel quia ignorauit suam professionem esse irritam &c.
posse reclamare etiam post quinquennium, & uti remedio ex-
traordinario beneficij restitutionis in integrum, & audiatur =
Layman in Theolog. Moral. lib. 4. tract. 5. cap. 5. num. 7., ibi =
Verum si inaniter professus post lapsum quinquennium probaue-
rit, se iustum impedimentum habuisse, quominus professionis suæ
defectum coram Ordinis Prelato, & Episcopo proponere
potuerit, secundum aequitatem in integrum restituendus
erit.

71. Neque enim causa vnius, vel alterius speciei dici-
citur sufficiens ad illam obtinendam, sed omnis, & quæ-
cumque, ac semper quolibet existente impedimento, dum-
modò rationabile sit, indulgetur eidem restitutioni, vt apud
Bordon. dicto tractatu tit. 22. de reclamat. nullit. prof. num. 4.
vers. primum, ibi = Primum, quod Concilium loquatur de omni-
bus impedimentis &c. probatur ex verbis ipsius Tridentini, nam
post.

postquam expressis impedimenta metus , & etatis subiungit ea
verba : aut quid simile Donat. in prax.-regular. tract. 12. tit. 2.
quæst. 12. num. 4. ibi = Et colligitur ex verbis illius Capituli, aut
quid simile = Item ex illis quacumque causa , quæ verba debent
referri non ad impedimenta intrinseca , & ordinaria expressa,
sed ad alia quæcumque non expressa, & additur illa dictio: qua-
cumque , quæ propter eius generalitatem comprehendit casus,
etiam dissimiles = idem Bordon. consl. regul. 23. num. 3. ibi = In
illo capite disponitur de reclamatio non solum ad impedimenta
ibi expressa &c. sed etiam de alijs quibuscumque.

72. Demùm quid petimus ? quam audiri super nullitate pro-
fessionis , quando constat , quod infelix puer teneræ ætatis
non vna , sed pluries præclusus fuit in cubiculo verbis illis
terribili voce intimatis = Velis , nolis , debes fieri Religiosus ,
& rorsùs alijs = Ab hoc cubiculo non exibis nisi ad triremes , aut
ad Religionem , quando ita excreuerat paternus furor , vt de-
nudato pugione infectasset matrem liberantem miserum fi-
lium , qui demùm minis territus se proiecit è fenestra; quan-
do pariter idem puer cum initinere audiuisset duci ad Reli-
gionem , præcepit descendit ab equo exclamando = Nolo esse
Religiosus = Qui subinde manifesta vi , & violentia ductus
fuit in eandem Religionem , in qua plories illacrimauit , &
conclamauit , tentauit fugere , ac petiit vestimenta secularia ,
sed frustra ; nam superuenit opera Religiosorum , qui de
tempore Nouitiatus illum celabant , & admonebant Patrem
de repugnantia , & eum hortabantur , vt insauiret in illum ,
& quando tandem illius repugnantia , & euersio statui Regu-
lari fuit manifesta , & continuata ante , & post obitum
Patris.

73. Quid petimus inquam , quam audiri super meritis causæ
tam grauis , quodque concedatur examinare formiter arti-
culum ; In quibus terminis plusquam iustitiae , ratione miser-
icordiæ ex consueta pietate solet faciliter hæc Sac. Con-
gregatio indulgere supplicantium precibus , & ea benignè
admittere , vt de stylo testantur Bonden. dicto tract. de pro-
fess. Regular. tit. 22. de reclamat. nullit. profess. num. 15. ibi =
In terminis professionis id patet ex praxi , nam quotidiè rescri-
pta impetrantur ad reclamandum post quinquennium etiam à
maioribus = Rodriguez tom. 3. quæst. Regular. 17. art. 17. §. Ex
quibus Nouar. coment. 4. Regul. num. 71. & consl. 6. de his , quæ
vi , & metu , Sanchez lib. 7. disput. 37. num. 22. Lessius lib. 2.
cap. 41. num. 65. Castropal. part. 3. tratt. 16. disput. 2. part. 7.
num. 13.

74. Et eadem praxis seruata etiam fuit nostris temporibus , in
quibus videmus , quod restitutio in integrum pluries con-
cessa

cessa fuit post lapsum 25. & 30. annorum, vt sunt plurimæ re-
solutiones plenè citatæ in primo Restrictu §. 13.

75. Ad quem effectum pariter non est leuis momenti, quod
Reverendiss. Archiepiscopus Toletanus, qui de mandato
huius Sac. Congregationis compilauit processum, quiq[ue]
præsumitur optimè informatus super meritis, & grauissimis
circumstantijs Causæ inclinat non solum peritæ restitutio*n*i
in integrum, sed etiam ipsi nullitati professunis, & testatur,
ibi = Quod prædictus Petrus iustificauerit contextum supplica-
tionis Sanctissimi factæ, dicto Summ. num. 3. Ordinariorum
autem relationis, & voto plurimum deferre solet hæc Sacra
Congregatio, vt firmatur in primo Restrictu §. 42.

76. Atque est insuper considerabilis altera circumstantia,
quod D. Principalis laborat sanitatis defectu incapaci cu-
rationis, vt testantur plures Medici, qui illum curarunt di-
cto Summario num. 19. l*itt. A.*, ibi = Laborat quodam acci-
denti astmatico curationis incapaci = & cursu ibi = quapropter
dictus D. Petrus erit incapax perfectæ curationis à radice,
quia morbus est iam valde inueteratus, & radicatus = Quo
stante incurabili sanitatis defectu non posset præstare assi-
stentia pauperibus infirmis, & inutilis prorsùs esset seruicio
Religionis, vt fatentur ipsius Religiosi in dicto Summario
num. 19. l*itt. C.* ac proindè semper benignus ei indulgendum
est, vt aduertit Portell. in dub. regular. verbo præfessionis nul-
la reclamatio num. 46., ibi = Non debet adeò præiudicare mi-
sero homini, ut teneatur inuictus tota vita subire iugum tam
difficile maximè cum præiudicio Ordinis, cui forte est
ineptus.

77. Additir quoque altera circumstantia, quod ex causa di-
cti defectus sanitatis, & respectu ratione aeris cogeretur
permanere in domo Religiosorum Aduersiorum existente
in Oppido Matriti, quin posset, remoueri, vt firmatur in
dicto Summario num. 19. l*itt. D. & E.*, in qua quidem domo
cum primò habuisset habitum Religionis, & indè reclamas-
set, plura orta fuerunt in conuenientia, & passus fuit saeuissi-
mas violentias illatas ab illis Beligiosis, taliter ut non suf-
ficientibus pluribus decretis Reverendissimi Nuncij obtenu-
tis, & intimatis ne mori cogeretur, pro opportuno reme-
dio necesse habuit imperatae decretum, vt loco depositi po-
neretur in alio Conuentu, vt constat ex dicto Summario
num. 37. 38. 39. & seq. Vnde nimis miserabile esset, quod
redire teneretur ad eandem domum, vt ultra repugnan-
tiā continuam, quam semper habuit Religioni, cum to-
tali vitæ exilio, subiiceretur iisdem inconuenientibus, &
violentijs Religiosorum, qui in odium ipsius redolentes vi-
ctoriam

ctoriam in illis infligendis proprium animum confron-
tarent.

78. Quid plus? si etiam in se me Reverendissimus Pater Pro-
curator Generalis agnoscens plusquam tacite veritatem, &
subsistentiam præmissorum, postquam ex Officio instantie
contra nullitatem professionis ex solo motu, quod post
quinquennium alleganda non esset ex Constitutione san-
mem. Gregorij XIII., cui responsum fuit, quod non proce-
dit, quando agitur per viam reclamationis, ut in primo Re-
strictu §. 16., taciter assentiri videtur restitutioni in inte-
grum ita in sua relatione considerans inutilitatem recla-
mantis, & eius progressum valde dubium, si inuitus cogi-
tur permanere in Religione in §. Ceterum subdit, ibi = Ne-
que enim humilis nostra Congregatio Infirmorum ministerio ad-
dicta ex coacto, & in voluntario filio &c. sive sibi, sive pau-
peribus infirmis commodum aliquod, seu utilitatem poterit im-
posterum tibi promittere.

79. Ac demum eidem D. Principali ad assequendam peti-
tam restitutionem in integrum obstat nullo modo poterit
sinistra consideratio ex aduerso sorsan insinuanda, quod
præsentii instantiae motum solummodo dederit hæreditas
sibi delata Comitisse de Catena.

80. Quandoquidem respondetur primò, quod ipse, ut pro-
xime duximus reclamauit de anno 1726., & eandem recla-
mationem subsequentè prosequutus fuit de anno 1727. quo
tempore de mandato huius Sac. Congregationis examinari
fuerunt omnes Testes, qui in causa deposuerunt, ut reco-
gnoscere supplicamus in dicto præterito Summario, & spe-
cialiter ipsam Comitissam de Catena, tunc sanctam, & libera,
ut in dicto Summario num. 10. quæ multò post, & subseguen-
ter obiit sub die 15. Iulii anni 1728.; Vnde ipso facto con-
uincitur ipsam reclamationem etiam iudicialem præcississe
morti d. Comitissæ, & delationi hæreditatis.

81. Præterea ac secundo respondetur non esse dandum lo-
cum huiusmodi considerationi ex parte reclamantis, quia
nemo credendus est immemor salutis æternæ, quoque per
temporales diuitias desperdere velit vitam æternam iuxta
illud prouerb. cap. 11. vers. 4. = Non proderunt diuitiæ in die
Ultionis, iustitia autem liberabit à morte = Et sapien. cap. 5.
vers. 8. & 9., = Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum
iactantia? quid contulit nobis? transferunt omnia illa tam-
quam umbra, & tanquam Nuntius præcurrrens = & sic ex Le-
ge Diuina talis consideratio neque etiam concipi potest in
animo Iudicantium præcipiente Apostolo ad Romanos
cap. 14. vers. 4. Tu qui es qui iudicas alienum Seruum, Domi-

no suo stat: & rursus vers. 12. Itaque ymosquisque nostrum
pro se rationem reddet Deo, & in 1. ad Chorintios cap. 4.
vers. 5. — Itaque nolite ante tempus iudicare, quoad usque ve-
niat Dominus, qui illuminabis abscondita tenebrarum, & ma-
nifestabit consilia cordium:

82. Tum quoque quoties, ut vidimus reclamauit, usque a prin-
cipio emissae promissionis, procurauit allegationes Iuris su-
per nullitate eiusdem, eandemque reclamationem toto tem-
pore prosequutus fuit cum Amicis, & Consanguineis, &
post obitum Patris inquisiuit statum rerum hereditiarum,
fecit diligentias pro iustificanda dicta nullitate, procurauit
exire a Religione, ac plurius protestatus fuit se expectare
tempus opportunum ad reclamandum, dum impediabatur
ab illis quatuor causis simulationis superius expositis, nec
non reclamauit etiam intra quinquennium; Naturae ratio-
ne credendum, & dicendum est, quod habebat iam animum
reclamandi, neque illum dedit hereditas superuenta.

83. Tum denique si constat de nullitate, & deficientia tac-
tae ratificationis, ac de rationabili, & iusta causa, per quam
concedenda est restitutio in integrum, eandem retardare
nimis miserabile esset, & de iure retardari non potest sola
consideratione hereditatis, quae secundaria est, & de satis
insubsistens, ut in puncto firmat Panimoll. decis. 29. annot. 2.
num. 2., ibi: In Iudiciis autem considerari debet, quod prin-
cipaliter agitur &c. respectu enim finis huius Iudicij reclama-
tionis an valeat, vel non valeat professio, non cadit conside-
ratio honorum, cum militet diuersa ratio, & repudetur im-
pertinens.

Quare &c.

Carolus Palombinus.

**SAC. CONGREGATIONE
CONCILII**

Rmō P. D.
DE ABBATIBVS

SECRETARIO

Toletana Restitutionis.
in integrum

P. R. O.
Reu. Sacerdote Petro Serrano prætenso
Professo Ord. Clericorum Regula-
rium Ministrantium Infirmis.

C O N T R A
Rmū Procuratorem Generalem, &
Religionem eiusdem Ordinis.

Facit.

P. F. G.
Typis Leone, & Mainardi 1731.

Emo, e Rmo Signore.

in pessimo per delle Sagra Congregazione
Sagre di Restitutio, che
dunque stessa difficulte, che forte
non rispetta farsi con la pubblicazione
dei sagli Sagra di Restitutio. Te-
tando il Proposito, Vescovo Proposito,
ma, Petrucci mortuus, Ricotti eius duxi-
tis votis. Osiote, non dubitan-
do, che la Sagra Congregazione
intendeva già delle sue disfaticate in-
tenzione, e quindi la presentazione, in-
fornata in forme del pubbliche.



Roponendosi nella pri-
ma Sagra Congregazione del Con-
cilio la Causa *Toletana Restitutio-*
nis in integrum, già più volte pro-
posta; Primo il di 2. Decembre,
in cui uscì il Decreto, *Dilata Se-*

con-

condo , il dì 13. di Gennaro , in cui
fu spedito per detta Sagra Congre-
gazione il Rescritto negatiuo , me-
diante alcuna difficolta , che forse
non sarebbe stata ben rappresenta-
ta agli Signori EñiCardinali. Ter-
zo , fu proposta il dì 10. di Marzo , e
riuscì il Rescritto , *Iterum propona-
tur* . Percui motiui , ricorre la quar-
ta volta l'Oratore , non dubitan-
do , che la Sagra Congregazione
intesa già della sua giustificata in-
tenzione , e giusta pretensione , ri-
soluerà in fauore del Supplicante .
Pertanto il P. Pietro Serrano , Ora-
tore vnilissimo dell' Eminenza
Vostra diuotamente la supplica à
far vedere con tutta attenzione il
Sommario , con tutte l'altre dife-
se , e priicipalmente queste vltime
distribuite , che cosi spera median-
te la benignità di V. E. conseguire
il

il Rescritto affirmatiuo , che tan-
to desidera per la quiete della sua
anima , come anche per il riposo
di quest vita , che impiegherà
continuamente in pregare il Si-
gnore Iddio per l'Eminenza Vo-
stra. Che &c.

2 3 9

11.9.11
Biblioteca Nazionale Centrale di Roma
Vittorio Emanuele II

1571 ibidem M. Scoto. I. 197 T

Il Recettivo diffusione, che lassu-
to deſideria per la durete delle fini
seimes, come succede per li libri
di dure **Critici** vita, che impieggono
contumacie in lettere li Si-
-Vo-
-Volumen

All'Eccmo, e Rmo Signore
il Sig. Cardinale

P E R
Il P. Pietro Serrano Oratore
Umillissimo

A
Typis Leone, & Mainardi 1731.

Toletana Restitutionis in integrum.

Stantibus &c.

Dub = *An sit standum, vel recedendum à decis̄ die 3. Ianuarij 1731
in casus &c.*

1 *Eme, & R̄me Dñe.* D^{IE} 2. Decembris 1730. dilata fuit resolutio huius Causæ, cuius originale Dubium = *An si locus Restitutioni in integrum, negatiuè fuit resolutum die 13. Ianuarij proximè præteriti; Reproposita deindè fuit die 10. Martij pariter proximè præteriti, fuitque rescriptum: Iterum proponatur; In cuius exequutionem reproponitur hodie, & ex Iuribus, dd. diebus ex hac Parte adductis, ex speciali gratia reasumendis, nec non ex alijs, infra adducendis, speramus, & Supplicamus rescribi: Prævio recessu à decis̄, esse locum peritiae Restitutionis in integrum, effusis desuper humillimis præcibus.*

2 In dicta ultima Causæ propositione inter informandum fuit Nobis benignè insinuatum, quod respectu vis, & metus, Principali incussi ad hoc, vt ille in Religionem ingredetur, & in ea solemnem emitteret Professionem, nulla aderat difficultas, Imò non sit facile in Regestis huius Sacræ Congregatinnis inuenire similem casum, in quo barbarus, & inhumanus Pater, maiori vi, & terribiliori metu, ferino more, paterna autoritate abusus fuerit ad omni modo obligandum, omnique medio cogendum, strangulandumque æquè innocentem, ac iniunatum Filium ad amplectendum religiosum statum; Sed difficultas redacta fuit ad Actus posteriores, à Principali gestos, & præcipue post mortem Patris, ex quibus prætenditur induci Ratificatio eiusdem Professionis, licet nulliter emissæ.

3 Procedendo proindè cum hoc principio, ex adductis in nostris præteritis Scripturis, intra evidentiæ fines posito, quod solemnis Professio, à Principali emissâ, fuerit nulla, nulliusque efficaciz, vti meticulosa, & ab eo per manifestam vim extorta, constantè dicimus, quod omnes Actus, ab illo subsequentè gesti, non sunt tantæ virtutis, & operationis, vt d. nullam Professionem conualidare potuerint.

4 Ad hoc demonstrandum dignentur EE.PP. distinguere dd. Actus, nec non solita maturitate sub oculis habere tempus, & modos, quibus expleti fuerunt.

- 5 Circa tempus , est in facto indubitatum , quod Principalis ingressus fuit in Religionem die 7. Iulij 1715. & in illa Professionem emisit die 15. Iulij 1716. Quodque eius Pater ex hoc Mundo discessit die 5. Octobris 1721. Summ. prima propositionis n.34.
- 6 Ex quo sequitur , quod omnes illi Actus , qui gesti fuerunt ante dictam diem 5. Octobris 1721. seu in vita Patris , & consequenter , durante causa metus , in nulla prorsus consideratione habendi sunt , ad inducendam legalem præsumptionem libertatis ratificationis Professionis , in radice nullæ , ex nube illa Doctorum , quos , ad evitandam repetitionem causa breuitatis , supplicamus recognoscere in meis Instit. crim. tertie Venetæ impressionis lib. I. tit. 10. §. 4. num. 195. & pluribus seqq. Vbi etiam regisraui multas punctualissimas Resolutiones huius Sacrae Congregationis , quæ in similibus casibus semper pcessit cum dicto principio , quod in quibuscumque Actibus , gestis in vita illius , qui metum incusit , non possunt figi pedes ad præsumendum liberam ratificationem Professionis , per vim , & metum emissæ .
- 7 Discurrendo proinde de Actibus , sequutis post mortem Patris , seu post diem 5. Octobris 1721. quo ille viuere desit .
- 8 Nulla vis fieri potest in prætensa renouatione Votorum , quæ quolibet anno fieri debet in exequitione Constitutionum nostræ Congregationis die 8. Decembris in Festo SS. in Conceptionis ; Quia contraria reflexio non subsistit in facto , & non relevat in Iure .
- 9 Non subsistit in facto , attento quod in hoc constans est , & circa illud concordant omnes Testes , quorum depositiones exhibitæ fuerunt in nostro primo Summar. à num. 7. usque ad num. 18. iuxta 11. & 12. Articulum , quod post mortem Partis , sequentiam die 5. Octobris 1721. annis 1721. 1722. 1723. 1724. & 1725. P. Seranus talem Renouationem Votorum nunquam fecit ; Anno vero 1726. concurrit quidem vuacum alijs Correligionis Renouationi Votorum , sed palam dicendo , quod Vota renouabat eademmet forma , qua ea fecerat in sua Professione , quod Testis à d. P. Serano audiuit in illo Actu , sunt verba eiusdem Testis Religiosi , de quo in primo Summario num. 18. lit. C. cum quo concordant alij quatuor Religiosi , & consequenter omni fide digni Testes , de quibus in d. primo Sum. n. 15. 16. 17. & 19. ubique lit. G.
- 10 Et quod magis est , dicta die 8. Decembris 1726. quando P. Seranus dictam qualificatam , restrictamque emisit Ratificationem , eo tamen modo , quo Professionem emiserat (quod idem est , ac per vim , & metum) idem Principalis per tres menses ante , hoc est die 7. Septembris eiusdem anni 1726. formalem ,

& expressum habuerat Recursum ad hæc Sacram Congregationem pro obtinenda Gratiæ Restitutionis in integrum aduersus dictam suam meticulosam Professionem , nostro primo Summario num. 2. In consilio igitur huiusmodi expressæ voluntatis Principalis , verbis , & opere declarata per tres menses ante , in nulla prorsùs consideratione habenda est dicta qualificata , & restricta , & quod magis est , necessaria Votorum Renouatio ; Actus enim taciti inallegabiles sunt , vbi concurredit expressa voluntas in contrarium , iuxta indubitatem Iuris conclusionem , de qua in nostris præcisissimis terminis Rota , cumulans innumeros concordantes , in decis. 628. per tot. coram Merlin. , & dec. 229. n. 3. cor. Carillo . & dec. 9. num. 33. coram Arguell. , & cor. Emer. Jun. dec. 952. num. 25.

22 Cathegoricæ huic responsioni , ex claro facto deductæ , additur alia de Iure , potius ad materię ornatum , quam ad Causę necessitatem , in eo consistens , quod cum talis Renouatio Votorum in exequitionem Constitutionum nostræ Religionis fieri omnino debet ab omnibus Religiosis , illa nunquam dicitur voluntaria , & consequenter neque , dici potest efficax ad conualidandam antecedentem meticulosam Professionem , ex punctualibus autoritatibus , allegatis in nostro secundo Restrictu à §. 33. usque ad §. 41. ex gratia recognoscendis , ad cuitandam inutilem repetitionem ; Cuius communiter receptę opinionis æquè legalem , ac stringentem adducit rationem Pignatell. consul. 180. num. 16. tom. 9. his verbis = Quia hæc ratificatio , tanquam veniens in consequentiam ad Professionem coetiam , quamvis libera videatur , præsumitur tamen ex eadem causa prouenire , & ex suppositione , quod aliud non potuerit agere .

23 Minus obstat suscep̄tio Sacrorum Ordinum , quia hæc pariter reflexio claudicat in facto , & non relevat in Iure .

23 Claudicat in facto , quia in hoc constans est , quod P. Seranus ante obitum Patris ex ipsius iussibus , & continuatis minis Sacrum Subdiaconatus Ordinem iam suscep̄terat , nostro primo Summario additionali num. 4. , quod animaduersum fuit in Follo bius Sacrae Congregationis diei 2. Decembris 1730. S. 1. ibi = Die 20. Septembris 1721. ad titulum Religionis promotus ad Sac. Subdiaconatus Ordinem .

24 Dūm igitur ante mortem Patris P. Seranus reperiebatur in statu irretractabili , mediante Sacro Subdiaconatus Ordine , nulla vis fieri potest in sequenti susceptione Ordinis Diaconatus , & Sacerdotij , quia isti respectu eius status irretractabilis , nullam omnino vim , nullamque efficaciam addiderunt Voto castitatis , quo se adstrinxerat in susceptione predicti Sacri Ordinis Subdiaconatus , sive illud sit de substantia eiusdem Ordinis

Subdiaconatus , siue additum fuerit ex Ecclesiæ Statuto , et
ea quod non concordant Repentes , allegati à Gonzal. in c. p.
A multis lit. C. de Actas , & qualitat , cum alijs apud P. Schiar. in
Theolog. bellic. §. 9. sub num. 43.

- 35 Non relevat pariter in Iure eadem reflexio , quia Sacerorum
Ordinum suscep^tio , cum nullam omnino habeat necessariam
connexionem cum Professione religiosa , nullam pariter indu-
cit fauore istius præsumptionem , egregiè Rot. decis. 195. n. 22.
part. 4. recent. ibi = Tanquam res , à Professione separata = Circa
quod concordant innumerissimi Authores , qui sequuntur cele-
bre consil. 6. Nauarr. s. de His , qua vi metusue caus. , allegati in
meis Instit. crimin. tertiarie Veneræ impressionis lib. primo sit. 10.
§. 4. num. 196. & in tom. 5. mearum Discipulas. eccles. par. prima
discip. 12. num. 105. quibus addo Rot. in decis. 376. num. primo
coram Vbald. ibi = Nam de tempore , quo vixit Victricus , qui
metum incusserat , videbatur indubitatum , metum non fuiss^e
purgatum per perseverantiam in Religione , & alios actus , etiam
susceptionis Ordinum , ex quo durabat eadem causa metus , &
decis. 552. sub num. 20. coram eod. ibi = Es eodem modo responde-
tur ad aliam præsumptionem , qua defumitur ex Sacerorum Ordinum
susceptione &c. Quia hac præsumptio non plus operatur , quam
ipsa Habitus Professorum gestatio , vel præstatio suffragij; Imò mi-
nus , tanquam res , à Professione separata .
- 36 Et viua ratio hæc est , quia suscep^tio Sacerorum Ordinum non
est de illorum aequum numero , & qualitate , qui priuatiuè
exercentur à Religiosis claustralibus , vel eis quarto modo
conueniat , eo quia communis est etiam Clericis secularibus ,
vt discurrebam in Policastron. Restitutionis in integrum 7. Augusti
1726. & cum quo discursu processit in dicta Causa Policastron.
hæc Sacra Congregatio , solita benignitate concedendo Gra-
tiam Restitutionis in integrum Religioso strictioris Observan-
tia^r S. Francisci , post annos sexdecim recurrenti aduersus pro-
priam meticulosam Professionem , vt videre est in Folio , dicta
die distributo ibi = Et quia opponi posset , quod Ordines Sacros
in Religione receperit ad titulum religiosæ Paupertatis , hinc infe-
rendo ad Ratificationem Professionis ; Replicatio nihilominus sup-
petit , & est , quod suscep^tio Sacerorum Ordinum , uspote separata
à Professione , minus operatur , quam gestatio Habitus Professorum
&c. iuxta latè deducta per D. Vrsayam tom. 5. par. 1. discip. 12.
num. 104. & 105.

- 37 Quibus addi possunt tres aliæ punctualissimæ Resolutiones hu-
ijs Sacrae Congregationis , in quibus ex eadem ratione Sa-
cra hæc Congregatio Recurrentibus benignè Gratiam Resti-
tutionis in integrum concessit , non obstante omnium Sacer-
orum Ordinum susceptione , nempe Urbeuerana Restitutionis in-

integrum 14. Nouembris 1711. & 11. Martij 1713. ut patet ex
Folio, dicta die 14. Nouembris distributo, ibi = *Et post lapsum
plurium annorum, Sacris omnibus suscepis Ordinibus, tandem
de anno 1709. recurrerit &c.* Et *Amalphitana Restit. in integrum*
8. Augusti eiusdem anni 1711. iuxta verba illa Folij : *Solemnem
Professionem peregit in Conuentu S. Francisci Minorum de Obser-
uantia &c. ubi, Sacris suscepis Ordinibus, tandem anno defluxo
1710. recurrerit &c.* Et *Cremonen. Rest. in int. 30. Septembris, &
18. Nouembris 1713.* quæ est in casu, longè fortiori, eò quia
Religiosus, Sacris Ordinibus initiatus vna cum alijs Religio-
sis, sequenti Iuramenti formula priùs declarauerat : *Nos Re-
gulares Ordinum respectiū nostrorum, descripti in Lista &c. iu-
ramus, tactis Sacrosanctis Dei Euangelijs, in manibus &c. sponte,
& non coacte, Professionem in nostris respectiū Religionibus emi-
sse : Idque in exequitionem Concilij quinti Prouincialis Me-
diolanensis, vt refertur in eodem Folio .*

- 18 Retorquetur autem ad hominem reflexio illa P. Procuratoris
Generalis, in §. Accedit etiam eius Voti, in Secretaria existen-
tis, quod Principalis Recursum habuerit ad Sac. Congregationem
Episcoporum, postulans, ut, Habitum retento, in materna Domo de-
gere posset, Matri sue seni, & in ualida ministrando ; habendo
præ oculis duo in facto innegabilia.
- 19 Primum nimirum, comprobatum à qualificato Teste, cuius de-
positio data fuit in nostro primo Summario num. 6. lit. V. ibi =
*Petij Rescriptum Sac. Congregationis, ut habitaret in materna
Domo, & hoc animo excitandi cum libertate, extra Religionem,*
Litem super dicta Nullitate, circa quod concordat alter æquè
qualificatus Testis, dicto nostro primo Summario num. 5. lit. E.E.
ibi = *Sollicitandi Breue Apostolicum ad finem permanendi extra
Religionem, Habitum retento, alendi causa suam Matrem ; Sed
Testi eidenter constat, quod finis unicus, & præcipuus, qui di-
ctum D. Petrum mouebat ad petendum simile Breue, erat ille in-
troducendi Petitionem judicialem, de, & super nullitate sue Profes-
sionis statim ac extra Religionem maneret.*

- 20 Secundum verò, quòd à tota facti serie, & continuis conque-
stionibus Principalis dictum eius finem arguendo, æquè pro-
vidi, ac attenti Superioris eius Conuentus, tali conatu, tal-
isque strenuis operationibus in Nunciatura Apostolica se s-
opposuerunt eidem principali fini, & præcipuo desiderio Prin-
cipalis, vt iste coactus fuerit ab illius exequitione desisteret,
vt concludenter probauimus in nostro primo Summario num. 35.
ex ingenua, & sonora Protestatione judiciali Procuratoris il-
lius Conuentus, in quo Principalis moram faciebat, ibi = *Post
obitum d. eius Genitoris obtinuit Beneplacitum Apostolicum, ut
Habitum retento, assisteret eius Genitrici, permanendo in istius*

Domo, quod Rescriptum, licet P. Seranus exhibuerit in Tribunalii Nunciatura Apostolica pro illius exequutione, quia mei Principales se opposuerunt, recessit à simili prætensione; Et maiori claritate nec non commendabili candore id fassus fuit P. Ioannes Garzias vnu ex Testibus contrariis in nostro primo Summ. n. 22. lit. F. ibi: Dictam licentiam prætendit sub prætextu alendi suam Genitricem, & Fratres pauperes, licet Religio noluit id concedere, & ita respondit &c.

21 Longè autem à vero distant verba illa eiusdem Procuratoris Conventus post obitum eius Genitoris obtinuit Beneplacitum Apostolicum, ut Habitum retento, assisteret eius Genitrici, permanendo in istius Domo. Propositio enim æternæ veritatis in hac parte hæc est, quod Sacra Congregatio Episcoporum permisit dumtaxat Principali, ut succurrere valeret indigentij propriæ Matri, mediantibus Eleemosynis Missarum, expressè eidem denegando facultatem permanend. in materna Domo.

22 Ecce verba authentici Decreti, originaliter exhibiti in manibus Rñi Secretarij.

23 Ministro degl' Infermi = P. Pietro Serano = Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reuerendissimorum S.R.E. Cardinalium, Negotijs, & Consultationibus Episcoporum & Regularium præposta, audito P. Procuratore Generali, ac attentis narratis, Oratoris Instantiam quoad permanentiam in Domo materna reiecit; Benignè tamen indulxit eidem, quatenus Matri, Sororis, & germani Fratris indigentij, in Religione commorans, eleemosynis Sermonum, & Missarum, quas liberè iuxta Regulam celebrare potest, succurrere valeat. Romæ 17-Septembbris 1733. Ita reperitur in Regesto autographo Decretorum Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, quod asseruatur in eius Secretaria; In quorum fidem &c. Romæ die 24. Ianuarij 1731. = A. Archiepiscopus Petrensis Secretarius. Loco ✠ Sigilli.

24 Obiter obseruando hic illegalia media, insolitosque modos, quibus exaduerso prætenditur impediri Principali Gratia Restitutionis in integrum, serena fronte aliter narrando ea, quæ sola reuolutione Regestorum Sacr. Congregationum, quæ habemus in Vrbe, apparent insubstantia, exinde arguendo quid suspicandum sit de rebus, & factis, gestis in immensum distantibus Hispaniarum Regnis circa prætextum Hæreditatis Comitissæ Catenæ, Luciæ Martinez Verdejo.

25 Circa cuius magnificatam Hæreditatem omnem superant admirationem ea, quæ exaduerso gratis vbiique ad aures exaggerata fuerunt ad faciendam magnam impressionem, quod scilicet vnicus finis Principalis in promouenda præsenti Instantia, sit ille potiendi pingui Hæreditate d. bon. mem. Comitissæ, ad d. effectum lata fronte afferendo, quod idem

Principalis Récursum habuit ad hanc Sac. Congregationem post ipsius mortem. Et tamen hoc in facto nullam habet subsistentiam, dum in illo innegabile est, quod Principalis reclamauit die 20. Iulii 1726. *Summario addit.* secundi Restrictus num. unico; Quod ab hac Sac. Congregatione die 7. Septembris eiusdem anni 1726. scriptum fuit pro Informatione, & Voto Eminentissimo Archiepiscopo Toletano, nostro primo *Summario num. 2.* Quod inter alios Testes, à dicto Eminentissimo Archiepiscopo examinatos, annumeratur etiam d. D. Comitissa, examinata d. die 5. Aprilis 1727. nostro primo *Summario num. 10.* Quodque illa mortales reliquit exuias die 15. Iulii 1728.

26 In istis igitur facti innegabilibus circumstantiis, qui potest capere, capiat, qua verisimilitudine asseri possit, quod Principalis reclamauerit intuitu opulentissimæ Hæreditatis d. Comitissæ, sibi Testamento relictæ, eo tempore, quo ista super vixit duobus ferè integris annis post introductum Iudicium Restitutionis in integrum; In quo inter alios Testes, ipsamet D. Comitissa testimonium pro veritate perhibuit in formalí Iudicio cum Iuramento examinata; *Quia ubi Testamentum est, mors necesse est intercedat Testatoris;* Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioquin non dum valet, dum viuit, qui testatus est, scriptum reliquit *Doctor Gentium ad Hebr. 9. 16. 17.*

27 Veritas hæc intra evidentiæ fines ponitur ex sola peruvolutione voluminosissimi Processus de Partibus fol. 235., quem foliatim non semel percurrere volui; In illo enim, inter alios Testes, formiter examinati fuerunt illi Religiosi, quos qualificatissimos vocat P. Procurator Generalis in eius Voto §. Secundum, nempè P. Garzias, tunc temporis Prouincialis, P. Delaminos Viceprouincialis, P. Zamorra, Nouitorum Magister, & alii, ultra doctrinam, viri cordati, & pii, in quorum longissimis iuratis depositionibus, nec iota vnum, vel miserabilis legitur Apex de dicta opulentissima Hæreditate, multoque minus de diuinatoria intentione Principalis, soli Deo nota, quod pro illa acquirenda introduxerit Iudicium ad obtinendam Gratiam Restitutionis in integrum; Vim proinde facere videtur cuicumque sano intellectui reflexio hæc, quod, siue ex reuelatione, siue ex relatione (Deus scit cuius qualitatis Relatoris) Reuerendissimo P. Procuratori Generali in Urbe probè notum sit magnum secretum dictæ opulentissimæ Hæreditatis ad quam Orator quasi am manus apposuerat &c. sunt præcisæ verba eiusdem P. Procurator Generalis in d. Voto, prorsusque ignotum dd. qualificatissimis PP. Prouinciali, Viceprouinciali, Magistro Nouitorum, aliisque ultra doctrinam, Viris cordatis, & pii; Longè autem minorem inuerisimilitudinem habere imaginem falsitatis docuit Bald. in leg. 1. num. 16. Cod. de Seru. fugit. sequens in decif. 5. num. 21. iis, de Probat. coram Emo

- Falconer. tom. 3., cum multis concordantibus, ibidem ci-
tatis.
- 38 Atque habemus in hac parte rotundum Textum in leg. Si quis
forte ff. de Pœnis, in quo non habetur pro legitima talis tac-
turnitas, illa adducta bona ratione: Non enim debebat tam ma-
gnam rem tardiū reticere. Quodque tarda allegatio alicuius
motu non sit veritatis iudicium, norat Oldrad. conf. 185. à
quo prædictum Textum didicisse facetur Grauecta conf. 148,
num. 12., ut testatur Rota coram Ansald. decis. 26. num. 4., &
obseruat eadem Rota in decis. 223. num. 16. cor. Royas, & dec.
59. num. 9. part. 13. rec.
- 39 Respectu Officiorum Religionis, à Principli exercitorum, his
verbis magnificatorum in Voto P. Procuratoris Generalis
S. Accedit: Libentissime multa Officia Religionis obiit, Capserii,
Secretarii P. Provincialis, & Concionatoris, supplicamus di-
stinguere tempus illorum exercitii, & eorundem Officiorum
qualitatem.
- 40 Circa tempus, unus ex Testibus contrariis, nempe dictus P.
Iohannes Garzias, hoc cum Iuramento afferit in nostro primo
Summario num. 22, lit. D. Ipsius Testis, cum esset Provincialis,
illum elegit in suum Secretarium, deditque licentiam ad prædi-
candum, fuitque deputatus in Depositarium.
- 41 Notetur quælo mysteriosa illa testificandi phrasis dedit Licen-
tiam ad prædicandum, quæ non est synonima, sed longè minùs
impotat, ac aliquem destinare in Concionatorem gr. ex. pro
Quadragesima, vel Aduentu in tali, vel tali Ecclesia, & cum
omni sermonis proprietate verificari potest in Licentia unica
miserabilis Concionis, quæ aliquando ex permissione Provin-
cialium sequi solet inter Religiosos ad probandam idoneita-
tem, & eloquentiam nouiter Professorum, qualis tunc tem-
poris erat Principalis.
- 42 Cumque eiusdem P. Garzias Officium Provincialatus, prima vice
ab illo exercitum, terminauerit die 3. Maii 1720. ut est in nostra
Religione notorium, palpatur manibus, exercitum dd. Officio-
rum sequutum fuisse tempore, quo viuebat inhumanus Pater,
qui obiit die 5. Octobris sequentis anni 1721., & consequenter
exercitum eorundem Officiorum, quando etiam ista habui-
sent annexam Iurisdictionem, & superioritatem in Subditos,
adhuc in nulla consideratione habendum esset, ex allegatis
supra, quibus addimus alios, sequitos à Pignatell, consult. 173.
à num. 6. tom. 9., & à Rota in decis. 628. per totam, & signan-
ter num. 6. cor. Merlin. ibi = Permanente causa incusse metus,
nec functio muneris Cellerarie, nec permanentia in Religione,
nec quicunque alii actus, suffragantur ad inducendam Ratifica-
tionem Professionis; Obseruando præcipue, quod annis 1719.,
& 1720, quibus fuit Provincialis P. Garzias, Principalis, vir
egressus à Nouiciatu, constitutus reperiebatur in solo Sub-
diaconatus Ordine, in qua proinde iuuenili aetate, cum solo

Ordine Subdiaconatus nec etiam conueniens erat eidem dare
Officia, habentia annexam Iurisdictionem, & superioritatem in
Religiosos.

33 Dixi, quando habuissent annexam Iurisdictionem, & superiorita-
tem; Quia exercitia Officiorum, talem Iurisdictionem anne-
xam non habentium, ad effectum præsumendi validam ratifica-
tionem Professionis nullæ, attendi non meretur, prout cum
effectu (benigne Recurrentibus concessa Gratia Restitutionis in
integrum) non fuerunt habita in consideratione in sequentibus
Causis, ab hac S. Congregatione decisis, aliisque cum majori
otio adducendis, nempe in.

Albinganen. Restitutionis in integrum 28. Iulii, & 18. Augu-
sti 1696.

Altissiodoren. R. i. i. 24. Januarii 1705.

Amalphitana R. i. i. 8. Augusti 1711.

Anconitana R. i. i. 20. Decembris 1664., & 1. Martii 1665.

Antuerpien. R. i. i. 11. Iulii 1706.

Aquen., seu Arclaten. R. i. i. 29. Ianuarii, & 16. Februa-
rii 1701.

Raiocen. R. i. i. 16. Ianuarii 1700.

Bisuntina R. i. i. 18. Junii, & 9. Iulii 1701.

Bisuntina R. i. i. 24. Septembris 1712.

Bisuntina R. i. i. 9. Septembris 1713.

Bisuntina R. i. i. 2. Decembris 1713.

Bisuntina R. i. i. 13. Ianuarii 1714.

Bononien. R. i. i. 17. Aprilis 1706.

Brundusina R. i. i. 12. Nouembris 1712.

Caputaquen. R. i. i. 2. Augusti 1710.

Casertana R. i. i. 28. Aprilis 1714.

Cathacen. R. i. i. 23. Martii, & 20. Aprilis 1697.

Ceneten. R. i. i. 16. Marti 1720.

Cephaluden. 14. Februario, & 18. Iulii 1699.

Corduben. R. i. i. 17. Decembris 1701.

Cremonen. R. i. i. 18. Nouembris 1713.

Elenen. R. i. i. 5. Martii, & 9. Aprilis 1701.

Geneuen. R. i. i. 3. Martii 1708.

Ianuen. R. i. i. 9. Septembris 1713.

Ianuen. R. i. i. 12. Aprilis 1715.

Lingonen. R. i. i. 12. Aprilis, & 20. Decembris 1698.

Lingonen. R. i. i. 20. Septembris 1715.

Mantuana R. i. i. 12. Aprilis, & 20. Decembris 1698.

Mantuana R. i. i. 15. Nouembris 1698.

Mantuana R. i. i. 6. Ianuarij 1700. & 19. Iulij 1701.

Mantuana R. i. i. prima Aprilis 1702.

Mantuana R. i. i. 16. Nouembris. & 7. Decembris 1715.

Montis Politiani R. i. i. 30. Augusti 1698.

Neapolitana R. i. i. 18. Aprilis 1692.

Neapolitana R. i. i. 12. Aprilis 1710.

Neopolitana R. i. i. 8. Februarij 1710.
Neocastren. R. i. i. 2. Augusti, & 11. Septembris 1728.
Paten. R. i. i. 19. Decembris 1722.
Papien. R. i. i. 17. Februarij 1663.
Policastron. R. i. i. 7. Augusti 1726.
Prouinciae Bethiae R. i. i. 11. Martij 1702.
Romana R. i. i. 3. Martij 1708.
Sancti Miniti R. i. i. 3. Octobris 1705.
Senen. R. i. i. prima Decembris 1703.
Sueffana R. i. i. 8. Februarij 1710.
Sueffana R. i. i. 3. Aprilis 1715.
Sulmonen. R. i. i. 24. Aprilis 1694.
Taurinen. R. i. i. 23. Februarij 1669.
Taurinen. R. i. i. 5. Martij 1712.
Ferrarien. R. i. i. 5. Martij 1712.
Tolonen. R. i. i. 28. Februarij 1693.
Tholosana R. i. i. 8. Iulij 1705.
Toletana R. i. i. 18. Maij 1715.
Tullen. R. i. i. 23. Ianuarij 1706.
Vlixbonen. R. i. i. 17. Nouembris, & prima Decembris 1714.
Vrbeuetana R. i. i. 11. Decembris 1711. & 11. Martij 1713.
Vrbeuetana R. i. i. 11. Martij 1713.

34 Disparatis ratio inter exercitium Munerum cum Iurisdictione,
vel sine, palpabilis est, quia in primo casu, declarata Profes-
sione nulla, omnes actus, gesti à Religioso, nulliter professo,
remanent nulli, & quidem non sine scandalo Populi, nec abs-
que Religionis detimento, præcipue, quatenus agatur in
terminis receptionis, & admissionis Religiosorum ad Habi-
tum, vel ad Professionem; Non sic autem in secundo casu, in
quo ex declaratione nullitatis Professionis nullum sequitur
inconueniens. Gratia exempli in nostro casu, quod P. Sera-
nus, vix expleto Nouitiatus anno, & quod magis est, durante
Vita inhumani Patris, exegerit aliquam summam, illamque
expenderit de mandato sui Prouincialis; Quodque, ipso di-
stante, scripserit aliquas, vel multas Epistolas, habueritque
aliquas panegyricas Orationes, vel Conciones, nullum scan-
dalum generat in Populo, nullumque præiudicium Religioni
resultat ex Gratia Restitutionis in integrum concessa aduersus
eius meticulosam Professionem, ut patet Consideranti, quam
diuersitatis palpabilem rationem, sequendo insignem theori-
cum Nauarum in cons. 40. quest. vlt. de Regularib. notat insi-
gnior theoricus, & Sacrarum Congregationum laudabilis
Soliti practicus Fagnanus (qui anno 1616. erat huius Sac. Con-
gregationis Secretarius, ut refert in cap. Cum contingat n. 51.
in fin. de Decim.) in cap. Perlatum num. 52. de his, quæ vi-

metusue caus. ibi = Ne aperiatur via quamplurimis Religiosis ad Seculum redeundi cum Populi scandalo, & Religionum detri-
mento, præsertim quoad eos, qui Muneribus, & Officijs functi
sunt, quorum Actus legitimi nullitatis periculo subiacebunt, si
eorum Professiones irritæ decernantur. Vbi quod ad hoc in-
conueniens euitandam Mos Religionum non est, ut Subditi in-
fra illud tempus (hoc est quinquennium) ad Gradus, & Præ-
laturas promoueantur.

35 Perstringendo demum omnia, in præsenti, & in alijs nostris
præteritis Scripturis deducta. De vi, & metu, cadentibus in
constantissimum Virum, Principali in tenera ætate constituto,
barbaris modis incussis, ab inhumano Patre, deque continua-
tis, & nunquam intermissis conquestionibus, & irremediabi-
libus lacrymis innocentis, & angariati Filij, dubitari non
potest; Et consequenter in controuersiam reuocari nequit
patens nullitas eius Professionis; Deus enim coacta seruitia
aspernatur, atque voluntarium Militem sibi eligit Christus,
scriptum reliquit D. Ambros. de Vit. beat. lib.1.cap.3. & iuxta
Dictum Apostol.2. ad Corinth. 9. 7. Hilarem Datorem diligit
Deus, ad nostrum præcism effectum sequutum à Rot. coram
Carill. decis. 229. num. 1. & coram Arguell. decis. 25. eod. num.

36 Ratiſcatio autem eiusdem Professionis non potest desumi ex
renouatione Votorum, facta in vita Patris, quia, vt actus se-
quuti durante causa metus, in nulla habentur consideratione,
Post mortem vero eiusdem Patris, annis 1721. 1722. 1723.
1724. & 1725. neque etiam exaduerso allegatur, quia in rei
veritate emissum nullatenus fuit; Illa demum anni 1726. quando
Pater mortuus erat, nullum pariter operata fuit effectum, vt
qualificata, & restricta verbis illis: Facio id ipsum eadem met
forma, prout Professionem feci, ex quo sicuti Actus ille fuerat per
 vim, & metum factus, & consequenter nulliter, ita etiam exe-
quebar alium secundum actum ratificationis, vel renouationis
Votorum, primo Summario num. 33. lit. Q. Ultra quod in Iure
vno ore receptum est inter Theologos, & Canonistas, quod
Votorum renouatio quando (vt in præsenti verificatur) præ-
scripta est à Constitutionibus, non potest dici libera, minusque
voluntaria, qualis ad nostrum effectum debet esse à §. 8. usque
ad §. 12.

37 Non ex susceptione Sac. Ordinum, quia Subdiaconatum prius
suscepereat ex maximo impulsu, & mediantibus violentis ope-
rationibus Patris, tunc viuentis, à quo Sacro Subdiaconatus
Ordine resilire amplius non poterat. Ultra quod susceptio
nendum Subdiaconatus, sed etiam omnium trium Sacrorum
Ordinum, liberè facta, vt Actus à Professione Religiosa pror-
sus separatus, & secularibus Sacerdotibus communis, ad no-
strum

strum effectum non habetur in consideratione à §. 12. usque ad §. 18.

38 Non à Licentia in Domo materna assistendi Matri seni, & infirmæ; Quia factum in hac parte non regit, cum fuerit eidem Principalia à Sac. Congregatione Episcoporum rotundè dene- gata; Imò petitio eiusdem licentiae ad hominem retorquetur, quia petitia fuit eo præciso fine, & intentione, pluribus Testi- bus antecedenter clare declarata, qui id cum Iuramento de- ponunt. *Quod si similem Gratiam obtinuisse, habebat in animo probare nullitatem sue Professionis, dum sic poterat quietè Li- tem mouere, & absque metu, quo angebatur intus Religionem, nostro primo Summ. num. 14. lit. G. à §. 18. usque ad §. 25.*

39 Non ex spe acquirendi opulentissimam Hæreditatem; Quia illa neque concludenter probatur, neque verisimilis erat tempo- re, quo incepsum fuit Iudicium pro obtainenda Gratia Resti- tutionis in integrum à §. 25. usque ad §. 29.

40 Ultra quod, ingenuè fatendo in hac parte meam imbecillitatem, nescio videre, quid commune habeat cum Gratia Restitutio- nis in integrum, humillimè petitia ex fundatis rationibus, in nostris Scripturis adductis, æquè vaga, incerta, atque, expe- riencia teste, fallacissima spes obtainendi aliquid à voluntate, vnius, vel alterius Mulieris, quæ, nedum qualibet die, sed ter in hora mutari solent, experientia teste, & id obseruante Card. de Albic. de Inconstant. in Iudic. in proem. num. 39. vbi refert versus illos, registratos à Glos. in cap. Forus 10. verb. Varium de verb. signif.

Quid leuius fumo? Flamen. Quid flamine Ventus.

Quid Vento? Mulier. Quid Muliere? Nihil.

41 Non demum ab exercitio Officiorum Religionis; Quia id cue- nit, vivente Patre, quando Principalis in iuuenili ætate consti- tutus vix à Nouitiatu egressus erat, & solum Subdiaconatus Ordinem susceperebat; Et quod magis est respectu Officiorum, nullam habentium annexam Iurisdictionem, nullamque inuol- uentium superioritatem in Religiosos à §. 29. usque ad §. 32.

42 Quæ omnia eò facilius admittenda videntur, attenta fauorabili Relatione Eminentissimi Archiepiscopi Toletani, ab hac Sac. Congregatione pro veritate, & conscientia de suo sensu requi- siti, de qua in primo Summario num. 34. vbi solemne perhibet testimonium, quod: *Facta fuerunt Acta, & probationes coram meo Vicario generali, auditis Superiore locali, & Fisci Eccle- siastico. Testes, qui de illis deposuerunt, sunt Personæ, fide di- gnae, & timoratae conscientiae, eorumque Depositionibus adhi- benda est fides;* *Quapropter videtur, quod prædictus P. Petrus iustificauerit contextum Supplicationis, Sanctissimo factæ;* Nedum enim, tanquam Ordinarius, & consequenter plenè infor- matus,

matus, & egregiè instruens de rebus, & factis sua Diœcesis, sed ut ab hac Sac. Congregatione pro veritate requisitus, & tanquam S. R. E. dignissimus Cardinalis, omnem meretur fidem, ut respectu primæ conclusionis videre est apud Rot. decis. 305. num. 12. & decis. 460. num. 9. & 10. part. 18. recent. Respectu secundæ in deais. 14. num. 7. coram Ansald. Et respectu tertiae in Romana Pecuniaria 26. Februarij 1725. §. Frustra coram Cerro.

43 Nec non p̄t oculis habendo æquè infelicem deplorabilem, atque omni commiseratione dignissimum, pessimumque salutis statum Principalis, cui cum omni sermonis proprietate conuenire videntur verba illa Deuter. 5. 8. 59. Plagas meas magnas, & perseverantes, infirmitates pessimas, & perpetuas, & Ecclesiast. 2. 23. Cuncti dies eius doloribus, & æruminis pleni sunt, nec per noctem requiescat. Laborat enim quodammodo accidenti astmatico, Curationis incapaci &c. Quapropter dictus P. Petrus nunquam erit capax perfectæ curationis à radice, quia morbus iam est valde inueteratus, & radicatus, sunt verba Excellentissimorum Physicorum Matritenhum in nostro primo Summario num. 19. lit. A. Quæ omnia, veritate impellente, vtro ad nist Reuerendissimus P. Procurator Generalis in eius Voto §. C. + 3. terum, & sequenti ibi = Ex p̄fata habituali Infirmitate &c. Neque humiliis nostra Congregatio Infirmorum Ministerio addita, nocte, ac die, commodum aliquod, vel utilitatem poterit in posterum sibi promittere ab inuoluntario, & coacto filio &c. Quibus antiquis, inueteratis, & radicatis pessimis corporis affectionibus, in Urbe superadditæ fuerunt aliae, quæ compassio nem extorquere aptæ sunt ab ipsiusmet lapidibus, iuxta phrasim Farinac. consil. crim. 108. num. 2. tom. 2.

44 Ex quibus projinde remanet manifestum, quod in circumstantijs nostri casus Gratia Restitutionis in integrum, à Principaliter petita, tendit potius ad favorem nostræ Religionis, ut solidè discurrendo obseruant classici illi Authores, quorum verba (ex gratia legenda) registrauimus in 2. Restrictu §. 44. Quibus addo Fagnan. in cap. Perlatum num. 53. de his, quæ vi, metusue caus. ibi : Abeuntibus satius sit Pontem, ut dicitur argenteum, construere, quam viam occludere, ex his, quæ docet D. Thom. quodlib. 12. art. vlt. Ibique §. sequenti, æquè punctualibus autoritatibus demonstrauimus, id verum esse, etiam si aliquod remaneret dubium circa Professionis validitatem, quia in isto semper inclinandum est pro libertate, quando dubium versatur circa liberam, & spontaneam voluntatem Profitentis (qui sunt præcisi termini nostri casus.)

45 Omnia hæc, præcipue simul unita, de toto rigore iustitiae videntur superabundare, etiam ad effectum obtinendi declaratiōnem

nem nullitatis Professionis, & proinde multò magis erant sufficiētia pro obtainenda sola Gratia Restitutionis in integrum, qua stante repositus erit Principalis in eo statu, in quo futurus fuisset si quinquennium non fuisset elapsum sunt verba dee. 952. num. 2. coram Emer. Iun. ad quem effectum minores probationes attenduntur, relata illarum ponderatione formalī iudicio nullitatis Professionis, iuxta magistralē Sac. Rotae decisionē in Taurinen. Nullitatis Professionis impressa apud Pignatell. consult. 173. num. 163. tom. 9. cum alijs punctualibus authoritatibus, allegatis in secundo Restrictu §. 16. & 18.

46 Aduersus, quæ non relevat reflexio, quod concessa Gratia Restitutionis in integrum, causa videatur finita, ex quo hæc Sacra Congregatio, iuxta ipsius recentem, laudabilemque praxim, quando eandem Gratiam Restitutionis in integrum concedit, Causa habetur pro terminata, & ferè cæmoniales dicuntur Aetus illi, qui postea fieri debent per Locorum Ordinarios, ex firmatis per Rotam in Ianuen. Restitutionis in integrum 3. Iulij 1702. S. Et quanquam coram Molines, impressa apud Aduoc. Pompeium Vrsayam in Miscellan. Saero, & Profano part. 2. decis. 9. num. 4.

47 Ultra quod enim probationes, ex hac parte adductæ, ad demonstrandam nullitatem Professionis Principalis, & excludendam illius Ratificationem, videntur incapaces augumento.

48 Ad omnem omnino scrupulum in hac parte tollendum, dicimus, quod, prævia benigna concessione Gratiae Restitutionis in integrum, à Principalī humillimè petitæ, quando vel minima supersit difficultas, potest hæc Sac. Congregatio demandare noui Processus confectionem, nouisque probationes omnis generis exquirere; In iungendo ulterius, ut præsens articulus nullitatis Professionis decidatur ab hac Sac. Congregatione, in qua id nouum non erit, utri sèpè ab eadem practicatum, & punctualissimè in alia Toletana, seit Matriten. Nullitatis Professionis 13. Augusti 1718. iuxta verba illa Folij Petrus de Sousa Correa, Professus in Ordine Minorum Cappucinorum, huic Sac. Congregationi supplicauit pro Restitutione in integrum aduersus Regularem Professionem, à se emissam in Ordine prædicto &c. Obtenta in integrum Restitutione, idem Petrus Sanctissimo supplicauit, ut Causam Nullitatis Professionis huic Sac. Congregationi delegaret, auditoque tunc temporis Secretario, Sanctitas Sua huius eiusdem Instantie examen ad eandem Sac. Congregationem remisit; Quæ deinde pro nullitate eiusdem Professionis respondit. Necnon in multis alijs similibus Causis, nempè respectu huius Sacre Congregationis in

Amerina Nullitatis Professionis 20. Decembris 1721. & 17. & 31.

Ianuarij, ♂ 28. Februarij, ♂ 14. Martij 1722.
Affisen. N. P. 28. Nouembris 1705.
*Asten. N. P. 24. Augusti 1709. 15. Martij, ♂ 5. Iulij, ♂ 20. Se-
ptembris 1710.*
Calaritana N. P. 18. Decembris 1728.
Carnoren. N. P. 23. Iulij 1728.
Cassanen. N. P. 21. Augusti 1727.
Cathacen. N. P. 20. Nouembris 1728.
Comen. N. P. 13. Ianuarij 1720.
Firmana N. P. 8. Februarij, ♂ 15. Martij 1727.
Firmana N. P. 27. Iulij 1730.
Florentina N. P. 27. Iulij 1726.
Ianuen. N. P. 6. Iulij 1696.
Leodien. N. P. 2. Augusti 1621., ♂ 13. Iunij 1727.
Lugdunen. N. P. 7. Septembris 1720.
Mantuana N. P. 18. Augusti 1696.
Mantuana N. P. 30. Ianuarij, ♂ 27. Februarij 1727.
Meleuitana N. P. 8. Augusti 1705.
Neapolitana N. P. 14. Martij 1705.
Neapolitana N. P. 27. Maij 1713.
Neapolitana N. P. 11. Iunij 1718. ♂ 2. Iulij 1718.
Neapolitana N. P. 11. Iunij 1718. 2. Iulij, ♂ 17. Decembris 1718.
♂ 21. Ianuarij 1719.
Neapolitana N. P. 17. Septembris 1718.
Neapolitana N. P. 9. Septembris 1724.
Ordinis Cappuccinorum N. P. 20. Nouembris 1728.
Papien. N. P. 27. Iunij, ♂ 8. Augusti 1705.
Papien. N. P. 4. Iunij 1707.
Passauien. N. P. 28. Septembris, ♂ 16. Nouembris 1709.
Placentina N. P. 1. Iunij, ♂ 6. Iulij 1706.
Placentina N. P. 4. Iunij 1707.
Posnanien. N. P. 27. Augusti 1712.
Prouinciae Romanæ N. P. 31. Iulij 1723.
Prouinciae Romanæ Cappuccinorum N. P. 1. Iulij 1724.
Romana N. P. 3. ♂ 24. Augusti 1720. ♂ 11. Ianuarij 1721.
Romana N. P. 1. Octobris 1724.
Sabinen. N. P. 1. Iulij 1662.
*Sagonen. N. P. 4. Februarij, ♂ 5. Augusti 1719. ♂ 13. Apri-
lis 1720.*
Sagonen. N. P. 10. Decembris 1706.
Siculana N. P. 18. Maij, ♂ 27. Iulij, ♂ 11. Ianuarij 1727.
Tholosana N. P. 23. Iunij 1707.
*Tudertina N. P. 20. Decembris 1721. 17. ♂ 31. Ianuarij, ♂ 28.
Februarij, ♂ 14. Martij 1722.*
Tullen. N. P. 21. Octobris 1721. ♂ 17. Iulij 1723.

- Veneta N. P. 18. Augusti 1696. & viiiij. 22. V. iij. viij.
 Viennen. N. P. 21. Ian. 1721. & 8. Februarij, 8. 13. Septem-
 bre 1721. & 21. Augusti 1721. C. M. 21. 10. 21. 13. 14. 15.
 49 Respectu Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium
 in Prænestina Nullitatis Professionis 12. Nouembri 1717. Po-
 nente clar. mem. Card. de Abdua, de qua in tom. 3. mearum Di-
 scept. Eccles. part. I. discept. 8.
 Et in Neapolitana 7. Septembris 1718. de qua d. tom. 3. part. I.
 discept. 6.
 Et in Balneoregien. Nullitatis Professionis 12. Martij 1727. Po-
 nente Emo D. meo Card. Petra, de qua in tom. 7. part. I. di-
 scept. 13. in principio.
 50 Et respectu Congregationis Particularis, compositæ ex S.R.E.
 Cardinalibus Carpino, Casanatta, Marescotto, Petruccio,
 Colloredo, & Sacripante, in Conuersana Nullitatis Professio-
 nis 12. Aprilis, & 20. Julij 1698. de qua Monacell. in Formul.
 tom. 3. tit. I. form. 36. sub num. 8.
 51 Et respectu alterius Congregationis Particularis, compositæ ex
 S. R. E. Cardinalibus Carpino, Marescotto, Colloredo,
 Panciatico, & Bichio, in Ianuen. Nullitatis Professionis 8. Apri-
 lis 1704. de qua in tom. I. mearum Discept. Eccles. part. I. di-
 scept. 20. num. 136.
 Quare &c.

Dominicus Ursaya Aduoc.
Io: Baptista Melolius.

SAC. CONGREGATIONE
 CONCILII

Rmo. P. D.

DE ABBATIBVS

SECRETARIO

Toletana Restitutionis in
 integrum

P. R. O.

Reu. Sacerdote Petro Serano prætenso
 Professo Ord. Clericorum Regula-
 rum Ministrantium Infirmis.

C V M

Rñmum P. Procuratorem Generalem
 eiusdem Ordinis

Tertius Restrictus Facti, & Iuris
 P. F. F. G. Typis Leone, & Mainardi 1731. *

Toletana Restitutionis in integrum.

¹ *Eme, & Rme Dñe.* NON vnuſ, vel alter, minuſque duo, vel tres, qui in omni materia concludentem faciunt probationem, iuxta punctuales resolutiones huius Sac. Congregationis in nostris præcisis terminis allegatas in nostro primo Memoriali additonalī §. 2. Sed viginti ſex qualificati Testes, fer. fer. examinati fuerunt in hac Causa, auditis Superiore locali, & Fiscali Ecclesiastico, qui uno labio, & per vnicum sermonem concludentissime probarunt maximam vim, & æqualem metum, quibus mendiantibus omni commiferatione dignissimus Principalis coactus fuit ſolemne Professionem illiusque continuas, & non quāt̄ interruptas conqueſtiones, fixamque voluntatem reclamandi aduersus suam meticuloſam Professionem; Qui ſunt 1. Augustina Gil. 2. Maria Thomi. 3. Angela Romera. 4. Angela de Ochoa. 5. Emanuel de la Peña. 6. Iosepha Verma. 7. P. Antonius Gonzalez. 8. P. Io: Antonius Fuente. 9. P. Io: Antonius del Rio. 10. P. Franciscus Pazos. 11. P. Michael de Carallo. 12. Lucia Martínez Comitissa Catena. 13. Io: Emanuel de Posa. 14. Maria Emanuel Serano. 15. Isabella de Palazuelos. 16. Ioseph Veniter. 17. Emanuel Serrin. 18. Emanuel de la Rena. 19. Ioseph Vermexo. 20. Andreas Lopez Arias. 21. Ioaunes Serano. 22. P. Antonius de Zamorra. 23. P. Ioaunes Garzia. 24. P. Michael Alaminos. 25. P. Iosephus Priettus, & 26. P. Franciscus de Pazos.

² Tremit autem manus ſcribere, quod omnes prædicti Testes, fide digni, & timoratæ conſcientiæ, quorum Depositionibus adhibenda eſt fides, ſunt verba Emi Archiepifcopi Toletani, primo Summario num. 34. diuerſæ Professionis, & qualitatis, in propria- rum Animarum irreparabile præiudicium, vniiformi mala volun- tate conſpirare voluerint in perniciem illius veritatis, quāt̄ quærimus, quod ferè impoſſibile viſum fuit Sac. Rot. in dec. 408. num. 10. corām Priol. ibi: Manifestam inueriſimilitudinem impli- cat, quod tot Personæ diſparis conditionis ad ſtruendam huiusmodi falſitatem conſpirauerint; Et in terminis trium dumtaxat Teſtium eadem Rot. corām Emer. Iun. decis. 1251. num. 7. ibi: Per tres Testes Gc. quos veriſimile non eſt conſpiraffe omnes in falſita- tem, præſertim ſine ullo lucro, vel intereffe:

³ Et quod magis eſt tres ex ijsdem Testibus, illius ſexus, qui deuo- tus dicitur, munitis omnibus Ecclesiæ Sacramentis, ex hoc Mundo diſcēſſerunt, non retractatis eorum iuratis Depositioni- bus,

Seū muertos = +
awentes
presentes

bus, quæ circumstantia eorum fidem in immensum auger, Rot.
coram Priol. decis. 68. num. 19.

4 Non possunt hæc exaduersò controuerti, sed dicitur à secundo
contrario Teste, Process. fol. 204. quod si Pater Principalis exe-
guatus fuisset contrà Filium violentias, non deerant mille modi
Principalis, ut ei non indulgeret quoad hoc puntum, excusando
se ipsum, eò quia omnes Testes concordant in eo, quod ipse
fuit primum Mobile coactionis Principalis, Process. fol. 202. ibi:
*Falsum est, quod nullum, præter ipsum Testem, potuerit illum in-
ducere, ut fieret Religiosus, quia Testis illum non induxit, neque
habet genium, & conscientiam ad id patrandum; Præcipue, quia
deinde ingenuè fatetur, eidem Principali subministrasse omnes
necessarias expensas pro ingressu in Religionem. Tertius asserit
dumtaxat, ad eius notitiam non peruenisse, quod Principalis coa-
ctus, & voluntatus fuerit à suo Genitore, nec abulla alia Persona,*
Proc. fol. 208. Cum quo concordat quartus, qui vltierius ingenuè
fatetur, Process. fol. 199. Nescit, quod obtinuerit Officium Secretarij
Prouincialis (Obiter obseruando hic qualitatem dicti exadu-
magnificati Officij Secretarij Prouincialis, cuius notitia non
peruenit ad aures vnius ex dictis qualificatis Religiosis, Viris,
vltre doctrinam, cordatis, & pijs, iuxta verba P. Procuratoris
Generalis, & Ego addo, moram facientis in illa Prouincia, vbi
supponitur dictum Officium exercuisse, quod superare videtur
omnem admirationem)

5 Omnes autem dicti tres Testes contrarij, tanquam ex Cathedra
loquentes intrepidè asserunt, quod minæ, Principali repetitæ ab
inhumano Patre, non fuerunt suffientes ad annullandam illius
Professionem, Process. fol. 209. ibi = Testis iudicat, quod non erant
suffientes, licet essent certæ, minæ sui Genitoris, & Proces-
fol. 213. ibi = Testis pro certo habet, quod non erant suffientes
minæ sui Genitoris; In qua parte nullam merentur fidem, quia
Testis officium est, asserere ea, quæ in facto scit, intactam relin-
quendo Iudicibus iudicandi munus & potestatem, Rot. decis. 829.
num. 8. coram Dunozett. Jun. & decis. 544. num. 5. part. 18.
Recentior.

6 Posito prouidè, quod euidenter constet de nullitate Professionis
Principalis, deque illius continuais conquestionibus, eius miseriæ
miserendo, facilius admittendæ videntur responsiones, in no-
stris Scripturis adductæ aduersus obiecta, quæ contrà ipsum ex-
aduersò exagerantur.

7 Inter quas responsiones circà assertam spem opulentissimæ hære-
ditatis, à qua Principalis pretenditur motus ad promouendam
præsentem instantiam, animaduersionibus, in nostro secundo Re-
strictu adductis à §. 25. usque ad §. 29. addimus sequentem ca-
thégoricam respondensem, deductam ex formalí examine di-
ctorum

Aorum trium contrariorum Testium, qui proinde favore Principalis concludentissimam faciunt probationem, ex firmatis per Rotam in decis. 73. num. 15. & decis. 329. num. 10. part. 19-rec.
Quorum

8 Primus est P. Ioannes Garzias Procurator Generalis, Process. fol. 205. à tergo, vbi afferitur Testis certissimè infert, quod si permisum fuisset d. P. Petro liberè, & ad sui libitum vivere in Oppido Matriti, nuquam introduxisset talem prætensionem. Secundus P. Michael Alaminos ex Procurator Generalis, Process. fol. 210. à tergo, ibi = Testis habet prò certo, quod si P. Petrus coactus non fuisset exire à Matrito, tale Rescriptum non exhibuisset, neque præsentem Instantiam promouisset. Tertius P. Iosephus Priettus, Process. fol. 214. à tergo, ibi = Testis absque dubio credit, quod si coactus non fuisset ad execundum à Matrito &c. & id totum Testis scit, tam quia est notorium, quam quia id experitus fuit.

9 Dum igitur dd. tres contrarij Testes, ultrà doctrinam, Viri cordati, & pij, prò certo habent, certissimè existimant, & absque dubio sciunt, quia notorium est, & quia experti sunt, quod Principalis motus fuerit ad promouendam præsentem Instantiam à Præcepto, sibi à P. Provinciali injuncto, discedendi ab Oppido Matriti, non est permisum, aliud diuinando afferere ad faciendam impressionem, sine facti assistentia, illiusque concludenti probatione, per ea, quæ notat Vincent. Alzar. Cruc. cent. 3. epist. ad Iul. Cæsar. le Gal, & firmauit Rot. dect. 324. num. 7. part. 4. to. 2. recent. ibi = Quod hereditas ad ipsum deueniret &c. quia hæc est mera diuinatio.

10 Eademque pia meditatio, vti extrà Acta, seù non contenta in voluminoso Processu (quē ita exigentibus iustitia, & necessitate ad recognoscendū bonū Ius Principalis, anathomizare voluī) dicitur extra Mundum ex vulgatis apud Bich. decis. 396. num. 17. Illiusque respectu vndique afflictus Principalis vti potest responsione illa præteriti seculi Dignitatis Episcopalis honoris, & ornamenti S. Francisci Salesij nelli Discor. di Sag. Controv. part. 2. dij. 5. ante fin. fol. 74. Perchè voi non allegate in prova di ciò, che una vostra semplice affermativa, senza altro riscontro particolare. Io vi sodisfarò, senza vostra offesa, con una assoluta mia negativa: Est enim d. contraria propositio de illarum numero, de quibus Canonistarum Pater Innocentius in cap. Olim 17. ante num. 1. do Refut. Spol. ait; In labijs Assertoris solet aliquando residere subsistentia alicuius propositionis, & Innocentium sequitur Bald. inser Vsus Feudor. S. Sacramentum de consuetud. rect. Feud. sub num. 17.

11 Non regit in facto, quod Principalis ad titulum religiosę paupertatis promotus fuerit ad Sac. Ordines post mortē Patris, quia Subdia-
conat-

conatum suscepit, adhuc illo viuente, & ex eiusdem violentis operationibus. Omnibus autem notum est, quod in susceptione Sac. Subdiaconatus Ordinis specificatur, & assignatur titulus Beneficij, Pensionis, Missionis, Paupertatis religiosæ, Patrimonij &c. ad quem Sacerdotes Seculares, & Religiosi ordinari solet.

- 12 In d. igitur Sacro Subdiaconatus statu ad titulum religiosæ Paupertatis in vita Patris existens Principalis, non nisi ex mera, & maxima necessitate transiuit ad Diaconatum, & Sacerdotium. Et tamen etiam in illis terminis, in quibus Religiosus omnes tres Sac. Ordines recipit ad titulum religiosæ Paupertatis, adhuc hæc Sacra Congregatio concedere solet Gratiam Restitutionis in integrum Recurrentibus aduersus eorum meticulosas Professiones, ea viua ratione, quia Sac. Ordinum susceptio, tanquam res prorsus distincta, & omnino separata à Professione religiosa, operatur minus, quam Professorum Habitus gestatio, ex adductis in secundo Restrictu §. 15. quibus addo Rodriq. quest. Regular. tom. 3. quest. 17. artic. 16. ibi = quia susceptio Ordinis res est à Professione distincta, & Pignatell. consult. 173. num. 95. tom. 9. ibi = Quoad susceptionem Ordinum cum sint attul qui citrè Ius, & nomen Religionis fieri possint, & conueniunt etiam Secularibus, remaneut & quiuoci, & non apti ad inducendam tacitam Professionem.

Quare &c.

Dominicus Ursaya Aduoc. Io. Baptista Melosius.

SACRA CONGREGATIONE
Concilij

Rmo P. D.

DE ABBATIBVS
SECRETARIO

Toletana Restitutionis
in integrum.

P R O

R. Sacerdote Petro Serano pextenso Re-
ligioso Ord. Clericorum Regularium
Ministrantium Infirmis.

C V M

Rmo P. Procuratore Generali eiusdem
Ordinis.

Secundum Memoriale additiona-
le Facti, & Iuris

Toletana Nullitatis Professionis.

- 1 Eme, & Rme Dñe. P Ratio recessu à decisis, esse locum Re-
stitutioni in integrum; Et prævia confectione noui Processus faciem-
di per Ordinarium, unacum Superiore Locali, Causa super nulli-
tate Professionis discutiatur in Sac. Congregatione, rescriptum fuit
in hac Causa die 21. Aprilis proximè præteriti, cuius Rescripti
omnes partes libenti animo executioni demandaret infelix
Principalis, si ei facilè permisum esset nouum facere Proces-
sum; Sed quia hoc ei, à continuis pessimis corporis affectio-
nibus summoperè afflito, ferè impossibile redditur, cogimur
humillimas effundere preces, vt EE. PP. dignentur, Cau-
sam nullitatis suæ Professionis decidere ex Processu, in Secre-
taria existente, & voti compotes fieri firmiter speramus.
- 2 In eodem enim Processu, desuper de mandato huius Sac. Con-
gregationis coram Ordinario in Hispaniarum Regnis confe-
cto, & in Secretaria existente, examinati fuerunt viginti sex
informatissimi Testes, diuersæ Professionis, & qualitatis, inter
quos vndecim numeratur Religiosi, quorum præcisa nomina
registrata fuerunt in nostro secundo Memoriali Additionali §. 1.,
ex quibus tres ex hoc Mundo discesserunt, non retractatis
eorum iuratis depositionibus, nempè Angela de Ochoa,
Mater Principalis, Comitissa Catena Lucia Martinez, & Fran-
ciscus de Pazos, quibus attentis in illorum iuratis attestacioni-
bus tutò figi possunt pedes circa veritatem eorum depositio-
nibus, vt in terminis duorum dumtaxat Testium firmauit Rota
dec. 83. n. 25, & dec. 95. n. 24. coram Ansaldo, & concordat lau-
dabilis praxis huius Sac. Congregationis, quæ in nostris ter-
minis, attenta depositione vniq[ue] Testis adminiculati, declarau-
it meticulosas, & nullas Professiones, ex adductis in nostro pri-
mo Memoriale additionale §. 2.
- 3 Præcipue, quia eorum examen peractum fuit, auditis Superiore Lo-
cali, & Fiscale Ecclesiastico, Testes sunt Personæ fide dignæ, & ti-
moratæ conscientiæ, eorumque depositionibus adhibenda est fides,
sunt verba Emi Ordinarij in nostro primo Summ. n. 34.
- 4 Obseruando vltius, quod antiqui Testes repeti non possunt, ex
quo, vltra dictos tres, qui vitam cum morte commutarunt, alij
in longinquas Partes abierunt; ex nouis vero difficile erit inue-
nire alios, qui recordentur de rebus, & factis, sequutis ante
annum 1715. quando Principalis per apertam vim coactus fuit
Professionem emittere, eò quia per spatium decennij obliuionis
præsumptio inducit, etiam in factis proprijs, sunt verba Rot,
dec. 5. n. 7. coram Emo Falconerio tit, de Reb. credit,

Qui-

- 5 Quibus additur, quod in Hispaniarum Regnis nemo reperitur, qui procurare possit formationem noui Processus; Principalis vero sine evidenti vita periculo, & sine longi temporis mora facienda in Urbe, ad recuperandum tales, qualem valetudinis statum, necessaria, se exponere non potest notorijs incommodis longissimi itineris ad nouum Processum, in Partibus procurandum, tam attentis antiquis pessimis, radicatis, & perfectae curationis incapacibus, seu incurabilibus corporis affectionibus, de quibus per haec praecisa verba Testes sunt Excni Medici Hispani in nostro primo Summ. n. 19. lit. A, & n. 20. pariter lit. A, Quibus superadditæ fuerunt alia æqualis incommodi, & afflictionis in Urbe, Testibus omni exceptione maioribus Medico, & Chirurgo, sub quorum cura miserè viuit, qui prædicta omnia cum iuramento asserunt in præsenti Summario num. primo, & 2, ultra graues expensas, & longum tempus, quod ad illum complendum simpliciter necessarium esset, quæ omnia facilius ab EE. PP. mente concipi possunt, quam verbis exprimi.
- 6 Nomine proinde eiusdem afflictissimi Principalis EE. PP. humilimæ repetuntur preces, ut eius miseria miserendo, dignentur rescribere, ut Causa super nullitate eius professionis videatur in hac Sac. Congregatione cum voluminoso Processu ser. ser. confecto, & in eius Secretaria existente, circa cuius validitatem nulla omnino adest dubietas, & relevantia depositionis Testium desumitur ex illius recognitione, ut in nostris punctualissimis terminis practicauit haec S. Congr. in alia Toletana Nullitatis Professionis 13. Augusti 1718.
- 7 Attento præcipue, quod non una dumtaxat, sed duæ exhibitez fuerunt Informationes à Rmo P. Procuratore Generali, una cum Relatione Emi Ordinarij Toletani, nostro primo Summar. num. 34; Ita ut nihil omnino desideretur ad hoc, ut Causa cum d. Processu, Relatione, & Informationibus P. Procuratoris Generalis decidi possit, ex Requisitis, præscriptis in Instructiōnibus huius Sac. Congr. impressis in Bullariol. sa. me. Innocētij XII. Confit. 73. S. I. & seqq.
- Quare &c.

Dominicus Ursaya Aduoc.
Io: Baptista Melolius.

SVM-

SUMMARIUM

Num. 1.

Io sottoscritto Medico Fisico per la verità richiesto, faccio piena, & indubitata fede, come il M. R. P. D. Pietro Serrano Spagnolo dell'Ordine de PP. Ministri degl'Infermi, è stato da me curato dal principio della sua venuta in Roma nel Conuento di S. Francesca Romana à Capo le Case della sua indisposizione di petto, di sputo di sangue, come anche in Spagna ne à patito, stante li Consulti portati, e Fedi, fatte da Signori Medici, ritrouandosi ora tanto li fluidi, quanto il solido viziati, à obligato me, & obliga presentemente curarlo, tanto più nella presente Primavera, & anche ne tempi estivi, per ridurre tanto li fluidi, quanto il solido in salute; e per essere questa la verità à sottoscritta, e scritta di mia propria mano la presente Fede questo di 26. Aprile 1731.

Io Michel Angelo de Boni Medico de PP. Trinitari del Riscatto in S. Francesca à capo di Case.

Io sottoscritto Chirurgo, faccio piena, & indubitata fede; mediante il mio giuramento &c. come il M. R. P. Pietro Serrano di Nazione Spagnolo, dell'Ordine de Crociferi, dimorante nel Conuento di S. Francesca Romana à Capo le Case di Roma, è stato da me curato, & al presente curò d'una Eresipella flemmorosa nel ginocchio destro, che si spandeva per tutta la Gamba sino al Metatarso, con varie suppurazioni della medema, essendo stato obligato per lì Sini fatti a dare de tagli, e traspiri, per sgorgo, & espellamento delle materie di pessima, e cattiva qualità, essendo già lo spazio di due mesi in circa, che si cura detto male, non essendo ancora à perfetta sanazione, douendoci obligare à guardare il Letto per lo spazio d'altre settimane per ridurlo in stato di perfetta sanazione, e leuarsi dal medemo Letto, restando poi l'obligo al Signor Dottor Fisico curante di medicarli gli fluidi viziati, quali sono stati la causa del suddetto penoso male, che è quanto &c. Et essendo questa la verità ne faccio la presente, scritta, e sottoscritta da mia propria mano questo di 23. Aprile 1731.

Io Giuseppe Fadulfi Chirurgo mano propria.

Num. 2.

SACRA
CONGREGATIONE

CONCILII

Rmo P. D.

DE ABBATIBVS
SECRETARIO

Toletana Restitutionis
in integrum.

P R O

R.Sacerdote Petro Serano, prætenso
Religioso Ord. Clericorum Regula-
rium, Ministrantium Infirmis.

C V M

Rmo P. Procuratore Generali eiusdem
Ordinis.

EXCEPTEO A EXCEPTEO

Memorale Facti, & Iuris

P. F. G. Typis Leone, & Mainardi 1731.

Toletana Nullitatis Professionis.

Stantibus &c.

Dubium: An constet de nullitate Professionis in casu &c.

1 **E**me, & R^me Dⁿe. E x speciali Gratia hu-
ius Sac. Congrega-
tionis restitutus Principalis in illo statu, in quo reperiebatur
in primo quinquennio Professionis, ab ipso per vim, & metum
emissæ, supplex hodiè implorat declarationem nullitatis eius-
dem Professionis, ex dupli capite, ex eo scilicet, quod illam
emittere fuit coactus per manifestam vim, & maximum me-
tum, eidem illatum, & incussum ab eius inhumano Patre, nec
non ex quo tempore dictæ Professionis insanabili morbo affe-
ctus erat, à quo etiam hodiè, nedum miserè affligitur, sed illæ
in Vrbe magnum incrementum recepit, & illius incurabilitas
magis, magisque confirmata fuit; In istis autem terminis no-
stræ Religionis Constitutiones, præcisè, & præuentiuè omnem
denegant facultatem Superioribus, omnemque tollunt consen-
sum Religionis pro validitate Professionis, ad quem effectum ex
vtraque parte concurrere debet validitas consensus, cùm sit
**Contractus vltrò, citròque obligatorius ex adductis per Pan-
moll. dec. 29. n. 3.**

2 Antequam autem descendamus ad probationes vtriusque capitis
nullitatis dictæ Professionis, supposita facti serie, latè explicata
in primo, & secundo nostro Restrictu, vna cum pleno Summa-
rio, ex gratia reassumendis, præmittimus, hodiè non esse am-
plius locum discurrendi de Professione tacita, deque actibus,
illam inducentibus post quinquennium, sed vincè videndum
est, an Professio fuerit voluntariè emissa, quia, probata coa-
ctione, illa omni Iure nulla est; Deus siquidem aspernatur coa-
cta seruitia, & voluntarium sibi Militem eligit Christus, vt ob-
seruat Diu. Ambros. de Vita beata lib. 1. cap. 1., & habemus
vulgatum illud Psalm. 33. 8. Voluntariè sacrificabo Tibi, quod
ad nostrum effectum sequitur Rot. decis. 9. num. 85. & seqq. co-
ram Arguelles; Indeque uno ore obseruant Canonistæ, quod
probata vi, vel metu, & deficientia consensus, non concurren-
te spontanea voluntate, quælibet Professio nulla est, ex latè
adductis in nostro primo Restrictu §. 4., & seqq. & in secundo §. 12.
quibus addimus decem punctuales Resolutiones, huius Sacrae
Congregationis, specificatas in Tom. 6. par. 1. discept. 5. n. 5. & 6.

3 Præmittimus secundò cum Sac. Rot. in Ianuen. Professionis 3. Iulij

1702. §. Et quamquam, coram Molin. impressa apud Piton. discept. 110. num. 26. tom. 4. quod quando (ut in præsenti punctualiter fuit practicatum) prævia formalis cognitione, prodit Re scriptum super Restitutione, tunc apud Iudices Causa videtur frequentius decisa, & ulterior Processus remanet quodammodo cærimonialis, & concordat Card. de Luc. de Regul. disc. 41. n. 13. ibi: In disputationibus, quæ habentur in Congregatione Concilij agitur quasi ex professo de ipso puncto principali nullitatis, seu de Meritis Causæ, adeout quando, prævia hac formalis cognitione emanat Iudicium Congregationis super concessione Restitutionis, tunc apud Iudices Causa videatur, frequentius decisa, eorumque Processus quodammodo cærimoniales.

4 Præmittimus tertio, quod cùm metus sit animi passio, hæc non potest directè probari, & propterea superlatiuè demonstratus dicitur ex præsumptionibus, & coniecturis, ex firmatis per Rotam coram Seraphin. decis. 242. num. 2. & in par. 8. Recent. decis. 273. num. 5.

5 Et tamen in nostro casu adduximus concludentes probationes metus, & concludentiores demonstrationes vis, quibus mediantibus in tenera ætate annorum sexdecim infelix Principalis coactus fuit Professionem emittere, distinguendo tempora ante Vestitionem, durante Nouitiatu, & post Professionem.

6 Ante Vestitionem, omnes Testes una voce concordant in hoc, quod crudelis Pater, seueræ naturæ, & exequi solitus minas, obseruans magnam auersionem animi Principalis à statu religioso, postquam eum asperè, & crudeliter tractauit, tam factis, quam verbis, prout Testis vidit, primo Summ. num. 6. litt. F. illum clausit in angusto Cubiculo, non semel fureni rabie ad eius aures sequenti intonata dolorosa Antiphona: Velis, nolis, debes fieri Religiosus; Quod amantissima illius Mater procurans eum ab angustijs dicti priuati Carceris liberare, à bestiali Marito insequuta fuit ad necem usque, pugione denudato d. Summario n. 10. litt. B.; Quod, ad aures sacerularis iudicis peruen ta notitia d. inhumani procedendi modi ad euitanda maiora mala, rigorosum intimare fecit Præceptum eidem Patri, ne voluntatem infelicis Filij similibus violentijs coarctaret, quod Præceptum ad nostrum præcimum effectum probandi metum, considerant adducti per Panimoll. decis. 262. num. 9. Quod post aliquod tempus, his omnibus non attentis, iterum ianocentem Filium in priuato Carcere seuerius inclusit, ubi longo tempore eum semper lacrymantem, semperque se conquerentem detinuit; Vna autem, vel alia vice ad ipsum accedendo, toruis oculis, & terribili voce dolorosam repetendo antiquam Antiphonam ei dicebat: Ab hoc Cubiculo non exhibe, nisi iturus ad Tribunes,

mes , vel ad Religionem , quam non valens vndeque afflictus
Principalis audire , tandem se præcipitem proiecit è Fen-
stra in Atrium Domus , vbi ferè miraculose illæsus à Deo
incolumis seruatus, ad Ciuitatem Complutensem recto tramite
aufugit, ibique permanxit spatio nouem circiter Mensum.

- 7 Postquam autem dictus inhumanus Pater sciuit vbi Filius moram
faciebat, procurauit ei dolosè persuadere, vt rediret ad pater-
nos Lares, sub sua fide, & repetita promise, quod in pater-
na Domo non amplius cogeretur ad ingrediendum Religio-
nem, neque male tractaretur, cui nimis credulus obediuit; Post-
quam verò Domum repetiit, prætextu videndi Regiam Curiam,
illum nolentem , & repugnantem secum duxit ad Oppidum
Matriti, se se associando Tabellario , qui videns innocentem
Puerum irremediabilibus lacrymis conrinuò plorantem per
Viam, seque ingiter conquerentem, petiit à Patre, ad quem si-
nem secum ducebat Filium? Cui ad eundem Filium conuersus,
terribilibus oculis respondit . *Ad Religionem*, quo auditio in-
nocens Filius se præcipitauit ab Equo , fugam arripiendo Pa-
triam versus; Insequutus autem à Patre; coactus fuit in Equum
iterum descendere , Patremque sequi ; Quæ omnia non sine
magna admiratione videns d. Tabellarius, vnicus spectator di-
cti tyrannici modi operandi iiterum à Patre petiit quare Filium
tali, tantaque barbarie tractabat ? Qui non dubit auit serena
fronte ei respondere, quia nolebat Religionem ingredi .

- 8 Peruentus ad Oppidum Matriti post multos similes inhumanos
actus, quos referunt Testes , vel illis præfentes, vel de auditu
ab alijs, quorum fidelibus oculis subiecti fuerunt, tandem Pa-
ternis violentijs non valens amplius resistere , cum apertissimz
tamen voluntatis repugnantia , Religionis Habitum induere
coactus fuit, & in illa Professionem emittere .

- 9 Nouitiatus tempore plures propria secularia Vestimenta petiit
ad hoc, vt ad Patriam rediret, & quasi quotidie ibat ad Cellam,
in qua Habitus sacerdotes Nouitorum afferuantur , & petebat
sua Vestimenta, vt à Religione exiret, sunt verba Testis dicto pri-
mo Summario num. 1. lit. O. Ne autem idem animus sacerdotalibus
Personis palam fieret , nem ni permisum fuit illi in allo-
qui , quæ prohibitio commercij non parum conductit ad arguen-
dum metum , sunt verba Rotæ decisi. 326. num. 32. coram Lu-
douiso .

- 10 Post Professionem, modis illis, & violentijs emissam , quas ape-
riunt multi qualificati Testes , cum omnimoda dicti Petri repu-
gnantia , sunt verba Testis in primo Summario num. 1. lit. H.
nil aliud viuente inhumano Patre facere potuit, nihilque aliud
fecit infelix Principalis, quam quotidie se conquerere , &
nunquam cessare à lamentationibus circa violentias, & minas,

aliosque impropios modos, quibus mediantibus eandem Professionem coactus fuerat emittere, circa quas uno ore concordant omnes Testes, ser. ser. examinati iuxta septimum Interrogatorium, quorum praecisa verba registrata fuerunt in dicto primo Summario afferentes coacte, per vim Professionem emisisse, & non animo e obligandi, sed effugiendi iram sui Genitoris, & comminatam ei internicionem, protestando se expectare tempus opportunum pro infringenda eius Professione, ut Habitum regularem dimitteret, & ad saculum rediret dicto primo Summario n.8. lit. N.

11 Animo autem semper voluens ea, quae passus fuerat pro confessione, hoc interim consulere voluit celebres Doctores Universitatis Compluti, qui concorditer fuerunt in Voto, eius Professionem esse nullam, quod ad effectum perducere non potuit, quin Pater omnium praedictorum notitiam haberet, quiuè sunt verba Testis d. primo Summ. n. 16. litt. B. certioratus abstulit ab eius manibus dictas Consultationes, & furiose illas fregit, fecitque alias minas ad finem, ut in Religione permaneret. Non contentus autem dicta, licet inuoluntaria, & coacta permanentia filij in Religione, idem Genitor ira accensus ultra solitum, contra dictum Filium multa alia fecit, multaque dixit, quæ refert Testis de proprio auditu d. primo Summario num. 5. lit. CC.

12 Cumque fuisset ei confirmatus defectus voluntatis sui Filij venit Matritum, vocatus ab aliquibus Religiosis dicti Ordinis ad hoc, ut ipsi suaderet, ut desisteret ab intentione, quam habebat, exeundi à Religione, quod punctualiter adimpleuit, Filio minando, quod casu, quo nollet desistere, volebat eum occidere, sunt verba Testis in d. primo Summ. num. 7. lit. O. Cum quo concordat Mater d. Summario num. 8. lit. M. ibi: Quod ad notitiam Genitoris peruenio, intimauit praedicto Filio, quod in casu dimissionis suscepti iam Habitus, certe sciret, se vitam quoque dimissurum, exploso in eum Sclopo.

13 Ceterum ad hoc, ut etiam post ipsius mortem difficultatem augeret obtinendi declarationem nullitatis Professionis Filij, omnibus modis in eius vita obligauit Principalem ad suscipiendum Ordinem Subdiaconatus ad titulum religiosæ paupertatis, prout indubitatum est, quod illum tali titulo, viuente Patre, suscipere coactus fuit.

14 Quibus positis, alijsque in nostris præteritis scriptis latè adductis, & ex speciali gratia reassumendis, tali evidentia, tanta que palpabilitate constare dicitur de violentijs minis, alijsque vndique barbaris modis, quibus mediantibus à Principali extorta fuit Professio, ut si in Scholis gratia exempli adducendum esset, paradigma Professionis, per vim, & metum emissæ

iuxta phrasim cl. me. *Cardinalis Sfrondrati in Libro*, cui titulus *Legatio Romam* fol. 40. cum omni sermonis proprietate adduci posset illa, quam per apertam vim coactus fuit emittere Petrus Serranus, Puer annorum sexdecim, imbecillis naturæ parum firmæ valetudinis, nullumque habens Consolatorem, vel Auxiliatorem, præter dilectissimam Matrem, quæ cum euidenti propriæ vitæ periculo eo tempore, quo preces precibus addendo enixè rogabat bestiam Maritum, ut desisteret a violentando innocentem Filium arreptis armis curauit suas obieciones vindicare, quas violentias, ac minas, ac armorum arreptionem cùm ipsa Angela Vxor detulisset &c. primo Summario num. 8. lit. I. Quæ omnia, præcipue simul vñita, manibus palpare faciunt nullitatem dictæ Professionis ex punctualibus Sacrae Rotæ Decisionibus, & punctualioribus huius Sac. Congregationis Resolutionibus, latè adductis, & mediantibus illorum præcisis verbis registratis in dictis nostris Scripturis ex gratia reassumendis.

15 Præcipue prædicta omnia sub duplicitate consideratione sub oculis habendo; Prima, quia Testes, qui de prædictis minis, & violentijs deponunt, sunt fide digni, & timorat.e conscientiæ, quorum depositionibus adhibenda est fides, sunt verba Eminentissimi Archiepiscopi Toletani in nostro primo Summario num. 34. Secunda verò, quia tres ex eisdem Testibus vitam cum morte commutarunt, non retractata priori formali depositione, quod eorum Fidem in immensum auget ex firmatis per Rotam coram Priolo decif. 68. num. 19., & in debilioribus terminis simplicis extrajudicialis Fidei, quod depositio Testis, qui morte præuentus formiter examinari non potuit, habeatur pro concludenti probatione Rot. decif. 692. num. 17. coram Merlin., & decif. 8. num. 43. coram Arguell., & decif. 201. n. 10., & 11. part. 12. recent. & in Romana Filiationis 26. Ianuarij 1683. §. Non obstante coram Card. Caccia.

16 Observando præsertim maximum numerum viginti sex Testium, qui in hac Causa fuerunt examinati, & quorum nominasigillatim specificati, fuerunt in nostro secundo Memoriali additionali§. primo, inter quos nouem Religiosi: Manifestam siquidem implicat inuerisimilitudinem, quod tot Personæ, disparis conditionis, qualitatis, & professionis, absque ulla minima propria utilitate, vel commodo, conspirare voluerint ad sanguinem falsitatem, sunt verba Rot. d. dec. 408. n. 10. coram Priolo.; Et in terminis trium dumtaxat Testium eadem Rot. coram Emerix iun. dec. 1251. num. 7. ibi = Per tres Testes &c. Verisimile non est conspirasse omnes in falsitatem, præsertim sine ullo lucro, vel interesse.

17. Videntur hæc , præcipue simùl vñta , ad nostrum effectu nsa-
perabundare , absque necessitate percurrenti actus , à Princi-
pali gestos post quinquennium , ex quibus aliquando probari
solet tacita Professio , attenta Gratia Restitutionis in integrum ,
ab hac Sac. Congregatione benignè concessa , cuius vigore re-
positus fuit Principalis in eo statu , in quo erat intra primum
quinquennium , quo durante non attenduntur quicunque auctus ,
iuxta firmata per Rota in decif. 25. num. 23. coram Arguell. & de-
cif. 952. num. 2. coram Emer. Iun.
18. Et nihilominus ad omnem abundantiorem cautelam , remissiuè
Nos habentes ad præterita Scripta , & signantè ad secundum ,
& tertium Restrictum , in quibus sigillatim responsum fuit omni-
bus dictis Actibus , tam durante vita Patris , quam post eius
mortem à Principali gestis , supplicamus obseruare , quod post
Concil. Trident. rarissimo contingere potest casu , ut validè quis ta-
cere profiteatur , sunt verba Rot. decif. 18. num. 5. coram Merlin.
& decif. 210. num. 15. coram Card. Caprara , ea viua ratione ,
quia ad dictum effectum copulatiuè concurrere debent , &
concludenter probari quatuor Requisita ; I. Ut actus sequentes
fiant cum consensu Superioris , qui Professionem admittere po-
test . II. Ut spontanea voluntate emittantur . III. Ut id sequa-
tur cum præcisa scientia , & certa notitia , quod huiusmodi
actus , vti ad solos Professos spectantes , efficaces sint ad vali-
dandam Professionem nullam . IV. Quod tales actus emittens ,
non se habeat negatiuè , seu indifferenter , sed verum animum ,
& firmam voluntatem habeat profitendi , sine quibus condi-
tionibus tacita Professio nunquam inducitur , ex adductis à de
Vecchis in Prax. Nouitorum disput. 13. dubit. 8. num. 13. Sanchez
ad Praecept. Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 3. cap. 3. à num. 14. Pani-
mol. decif. 29. annot. 3. n. 3. & Rota decif. 491. num. 16. coram
Royas.
19. Et stringens ratio hæc est , quia præsumptio tacita Professionis
quæ desumi potest ex uno , vel altero ex dictis Actibus , eisdem
conditionibus deficientibus , tollitur per aliam contrariam effi-
caciorem præsumptionem , resultantem ex conquestionibus ,
lamentationibus , alijsque similibus actibus , ex quibus compo-
nitur noster voluminosus Processus , & plenissimum Summa-
rium , juxta magistralem Gloss. in cap. Tuarum verbo Signatos de
Priuileg. quem sequuntur adducti in decif. 9. num. 33. coram Ar-
guell. & decif. 628. per tot. coram Merlin. & decif. 117. num. 5.
coram Ottobono , & decif. 229. num. 3. coram Carillo , & decif. 34.
num. 11. par. 14. recent.
20. Ad tollendum autem in hac parte omnem omnino scrupulum
breuiter percurrente Actus illos , qui ad hunc effectum fue-
runt exgerati à Rmō P. Procuratore Generali nostræ Reli-
nis in eius replicatis Informationibus .

1. Quoad Officia Religionis, quæ asseritur exaduerso à Principalibus fuisse libentissimè exercita, Capserij nimirum, Secretarij Provincialis, & Concionatoris, ad solius materiæ ornatum ad effectum, de quo disputamus, videntur distinguenda cum Bordon. Oper. moral. tom. 2. resol. 12. num. 24. tria genera Officiorum, quæ solent exerceri à Religiosis: Primi generis Officia habens adiunctam superioritatem, cum Iurisdictione Fori externi, cuius modi sunt Officia Generalatus, Provincialatus, Custodiatus, Prioratus, Guardianatus &c. Isti omnes habent coniunctam cum suo Officio Superioritatem, administrationem, & Iurisdictionem Fori externi. Secundi generis Officia excludunt superioritatem, & regimen animarum, includunt tamen quandam prærogatiuam, & excellentiam, per quam dicuntur dignificati, & magis honorati alij, carentibus Officio, cuiusmodi sunt Officia Consiliariorum, Discretorum, Patrum Prouincie, Regentium, Lectorum &c. quæ sunt potius Officia laboris, quam Dignitatis, unde possunt reduci ad tertium genus, hoc est ad Officia tertij generis, quæ sunt laboris, & oneris seruulis, excludentia non solum superioritatem, sed etiam Dignitatem, & Personatum, cuiusmodi sunt Officia Procuratoris localis, Syndici, Sacristæ &c., & concordat Portell. in dub. Regular. verb. Officia Ordinis, ubi breuius distinguit eadem Officia in Dignitatem; Officium, & Personatum, Dignitatem asserit esse eius, qui habet Iurisdictionem Fori externi, & rerum administrationem, Officium eius, qui habet aliquarum rerum administrationem, sine Iurisdictione externa; Personatum demum eius, qui neutrum habet, sed alios præcedit in Choro, vel alio simili loco propter particularem excellentiam, & remunerationem, ut sunt Magistri, Lectores &c.

22. Cumque prædicta Officia, quæ Principalis exercuit fuerint tertij generis, & sic meri laboris, & puri oneris, nedum omnem excludentia superioritatem, & Iurisdictionem, sed etiam quilibet Dignitatem, de se patet nullum operari posset effectum ad inducendam Professionis validitatem, ex supra citatis, & in effectu ex hoc motiuo nullam omnino rationem habuit hæc Sac. Congregatio exercitij dd. Officiorum, ut non sine magnō, verèque improbo labore, obseruauit in Instit. criminis tertiae Venetae impressionis lib. 1. tit. 10. §. 4. à num. 193. & tom. 1. Discep. Eccles. par. 1. discept. 20. à num. 92. & tom. 6. par. 1. Discept. 5. à num. 43. ubi regisstrauit innumeræ Resolutiones huius S. Congregationis, cum specifica individuatione temporis, quo eadem Munera exercita fuerunt à Religiosis, recurrentibus aduersus eorum meticulosas Professiones, quibus hæc Sac. Congregatio geariam Restitutionis in integrum benignè concessit, cum successiva declaratione nullitatis eorum Professionum, ab Ordinationis Locorum reportata.

- 23 Susceptionis Ordinum Sacrorum ad titulum religiosæ Paupertatis ad hominem satisfecimus in secundo Restrictu à §. 12. usque ad §. 18. nec non in secundo Memoriali additionali §. 11. & 12., ubi latè demonstrauimus, hanc exceptionem in nostro casu evidentè claudicare in facto, ex quo constat, Principalem Subdiaconatus Ordinem suscepisse, viuente inhumano Patre; Quæ circumstantia omnem illi adimit vim, ex animaduersis per Rebuff. conf. 68. num. 22. Ciarlin. contr. 108. num. 56. & 93. Pignatell. consult. 173. num. 5. tom. 9., & firmatis per Rot. decis. 98. num. 15. coram Peutinger., & decis. 178. à num. 6. coram Carill. & in par. 18. rec. decis. 373. num. 10.
- 24 Nullamque habere subsistentiam in Iure, quia Sac. Ordinum susceptio, vti prorsus distincta, & nullam habens necessariam connexionem cum religiosa Professione, minus operatur, ac Habitus Professorum gestatio, iuxta punctualissimè firmata, & practicata per hanc Sac. Congregationem in Policasren. 7. Augusti 1726., & in Urbevetana 14. Nouembris 1711. & 11. Martij 1713., & in Amalphytana 8. Augusti 1711., & in Cremonen. 30. Septembris, & 18. Nouembris 1713., quarum Resolutio- num præcisa verba registrauimus in tertio Restrictu §. 16. & 17.
- 25 Eiusdem prorsus insubstantia ad nostrum effectum esse Votorum renouationem, evidentè pariter comprobauimus in se- cundo Restrictu à §. 33. usque ad §. 37., & in secundo Memoriali additionali §. 2. & seqq. obseruando, hanc pariter reflexionem non relevare in Iure, & non subsistere in facto.
- 26 Non relevat in Iure, quia, vti præscripta à Constitutionibus Ordinis, nullo modo dici potest voluntaria, & consequenter prorsus insubstens ad conualidandam Professionem nullam, iuxta punctuales authoritates, in illis citatas, nec non innumeris Resolutiones huius Sac. Congregationis, cum quibus processum fuit in Concilio Romano, iuxta verba, registrata in nostro secundo Restrictu §. 36.
- 27 Minus subsistit in facto, ex quo talem Votorum renouationem, licet in Constitutionibus Ordinis præscriptam, & ab omnibus Religiosis quolibet anno in Vigilia Sauatissimæ Conceptionis emissam, Principalis sub diuersis prætextibus nunquam fecit; Vnica verò vice, hoc est anno 1726. quando ab illa, se libera- rare non potuit, emisit quidem, sed præuentivè se expressè declarando, non cum uno, vel altero, sed cum quinque qua- lificatis Sacerdotibus, qui id testantur in primo Summario à num. 15. usque ad num. 19. concurrere renouationi Votorum, di- cendo, quod Vota renouabat eademet forma, qua fecerat suam Professionem, quod Testis à d. P. Serano audiuit in illo actu, Sum- mario num. 33. litt. Q.
- 28 Sub quibus verbis plusquam tacitè suam voluntatem aperuit, quod

quod sicuti fuerat nulla eius Professio, ob vim, & metum, sibi à Genitore illatum, ita pariter nulla erat accessoria Votorum renouatio, uti strangulatorie emitenda in vim Constitutionum Ordinis, quæ ipsum arctabant ad ea renouanda. Quantæ autem efficaciæ, quantæque virtutis ad nostrum effectum sit eadem antecedens animi declaratio, & protestatio, latè probat *Iranc. de Protest. consid. 55. num. 3.* ibi = Si vero Religiosus, deferens Professorum Habitum, in contrarium fuerit protestatus &c. tali utique protestatione Professio tacita omnino excluditur, = & concordant adducti per Rot. decis. 134. num. 13. par. 14. rec., ibi = Protestando &c. adducendo causas, per quas Professio ab initio irrita fuit &c. hoc enim casu non intelligitur inducta ratificatio, sed sumus in claris, præsumptiones excludentibus, & huic veritati standum est.

29 Respectu magnificæ Hæreditatis Comitissæ Caterinæ, diximus, & constantè repetimus, id nullam habere in facto subsistentiam, dum in illo constans est, quod Principalis formaliter reclamauit die 7. Septembri 1726. nostro primo Summario num. 2. quod, inter alios Testes, in Curia Toletana examinatos die 5. Aprilis 1727. legitur etiam dicta Comitissa dicto primo Summario num. 10. quæ die 15. Iulij 1728. ex hoc Mundo discessit; Ex quibus remanere videtur impossibile, quod Principalis motus fuerit ad promouendam præsentem Instantiam intuitu Hæreditatis d. Comitissæ, quæ superuixit integris annis duobus post introductionem præsentis Litis.

30 Ultrà quod videtur vim facere cuicunque Intellectui reflexio hæc, quod Rm P. Procuratori Generali nota sit in Urbe intentio Principalis habendi hæreditatem dictæ Comitissæ, ad quam Orator quassim manus apposuerat, iuxta præcisa verbæ eius primæ Informationis, illaque prorsus incognita fuerit in Hispaniarum Regnis PP. Provinciali, Vice-Provinciali, Magistro Novitiorum, alijsque, ultrà doctrinam, Viris cordatis, & pijs, eodem tempore moram facientibus in eisdem Hispaniarum Regnis, in quibus eadem Comitissa examinata fuit, & mortem oppetit, dum non solum in longissimis iuratis depositionibus dd. qualificatorum Religiosorum nec unum iota, vel miserabilis legitur apex de dicta opulentissima Hæreditate, deque diuinatoria intentione Principalis apponendi ad illam manus in vita Testatrix; Imò antequam hæc suum confecisset Testamentum; Sed, quod magis est, dd. Religiosi per eadem numero verba, assignando præcimum motiuum introductionis præsentis Litis, asserunt, illam ortum habuisse à p. excepto, Principali iniuncto, discedendi ab Oppido Matriti, ibi = Testis habet pro certo, quod si P. Petrus coactus non fuisset exire à Matrito, tale Rescriptum non exhibuisset, neque præsentem Instantiam promovisset,

wisset, Process. fol. 205. 210. & 214. ubique à sesgo. Quam magnam inuerisimilitudinem vti Religioso Italo nota fuerit eadem diuinatoria intentio, prorsus ignota quatuor qualificatis Religiosis Hispanis, circa rem, in eisdem Hispaniarum Regnis tractata, ad nostrum effectum considerant adducti in decisi. 68. num. 5. corām Priol.

- 31 Ex sola lectura Epistolæ à Principali scriptæ die 8. Aprilis 1726 P. Consultori Ordinis, patet, illius æquiuocas expressiones habuisse vnicum finem demulcendi animum Superioris Generalis, qui non benè informatus de sinceritate, & candore intentionis Principalis, sub eo motu, quod se ingerebat negotijs, suo statui Religioso non conformibus, nedū ei præcepit, ut à Matriti Oppido discederet, sed se conferret ad Cittatem Cæsaugustanam, non attento, quod aer eiusdem Cittatis nimis infensus erat saluti eiusdem Principalis, dicto primo Summario num. 7. litt. F., quæ est iusta causa non exequendi Superiorum Mandata, iuxta celebrem Gloss. in can. Communis verb. *Suorum dist. 23. ibi = Nota*, quod propter intemperiem Loci aliquis excusat, ut hic, quam sequuntur Menoch. de Arbitrar. lib. 2: cas. 421. num. 227. Corrad. in Prax. dispens. lib. 8. cap. 10. num. 18. vers. Quartum, & Pacis Iordan. var. lucubrat. som. 1. prælud. 8. num. 8. existimans ferè inhumanum esse cum vitæ periculo aliquem obligare ad accedendum ad Locum illum, cuius aer eius saluti præjudicialis est; Ad quæ præiudicia salutis cuitanda nil mirūm si in eadem Epistola aliquæ elegantur æquiuocæ expressiones, vnicè directæ ad obtinendam reuocationem dicti rigorosi Præcepti; Et propterea in istis circumstantijs in eadem Epistola non possunt figi pedes ad conualidandam eius Professionem, in radice nullam, ex generaliter animaduersis per Adden. ad decisi. 232. à num. 72. par. 9. recent. & in puncto nostri casus firmatis per Rot. in decisi. 491. num. 18. corām Royas, ibi = Vnde, dum facta fuit dumtaxat ad consequendum commodum prædictarum pecuniarum, nullo pacto potest importare ratificationem Professionis.

- 32 Quoad secundum caput nullitatis Professionis, innixæ incurabili morbo, quo miserè laborabat Principalis eo tempore, quo illam emittere coactus fuit, duo sunt innegabilia, vnum in facto, aliud in Iure.

- 33 In facto omnes nostri Testes formitè examinati iuxta 14. Interrogatorium vna voce concordant; quod Principalis multo tempore antè ingressum in Religionem laborabat pectoris infirmitate, qua affectus in Religione permanit, & ad præsens permanet, adeò ut continua Medicamina sumit, & Medici declararunt dictum morbum esse incurabilem Summario num. 8. litt. X. & ibi = Pectoris infirmitate à multo tempore antè eius ingressum in Religionem affi-

afficiebatur, & est certum, quod Medici declarant: est in eosta
sem informationem incurabilem dicto primo Summario num. 16.
litt. I. Quam morbi incurabilitatem comprobauit, & confi-
mauit dolorosa nimis experientia, de qua Testes sunt Medici,
& Chirurghi Hispani in dicto primo Summario num. 19. litt. A.,
ibi = Laborat quodam accidenti asmitico curationis incapaci;
Nec non Medici, & Chirurghi Romani in ultimo Memoriali
num. 1. & 1. & quod magis est illam admittit etiam P. Procu-
ratoris Generalis in eius Voto §. Cæterum ibi = Ex prefata ha-
bituali Infirmitate &c. neque humilis nostra Congregatio, Infir-
morum Ministerio addicta, nocte, ac die, commodum aliquod, aut
utilitatem poterit in posterum sibi promittere ab inuoluntario, &
coacto Filio.

34 In Iure verò nostræ Constitutiones lib. 1. cap. 2. num. 9. nedum
expressè mandant, non esse recipiendos in Nouitios, neque
admittendos ad Professionem illos, qui insanabili morbo affecti
sunt, sed ulterius omnem tollunt facultatem Superioribus il-
los admittendi, declarando in casu contrauentionis deficere
assensum ex parte Religionis, ibi = Nullus cuiusvis Gradus, &
Dignitatis Superior sub pena &c. ipso facto incurenda, valeat
recipere, aut permittere, ut ad Nouitiatum, & eo minus ad so-
lemnem Professionem admittatur quicumque vigore praesentis Con-
stitutionis reperiatur exclusus. In casu autem contrauentionis
tanquam irrita, & nullius momenti omnia ea acta habeantur,
idque ex defectu assensus necessarij ex parte Religioni, cuius mens
tenore praesentium declaratur, quod ipsa scilicet hisce minimè af-
fertur, nisi ea conditione, ut nullum exsuprà relatis Impedimen-
tis occurrat.

35 Quibus aitentis, non potest in dubium reuocari illius nullitas ea
viua iatione, quia Professio dicitur, & est verus contractus, ultrò,
citròq; obligatorius, tam ex parte Nouitij, quam Religionis: Quo-
tiè autem religio se expressè declarat, nolle admittere ad Pro-
fessionem Carentem aliqua qualitate, vel Laborantem aliquo
defectu, remanet ipso Iure nullus, & inualidus, ut in nostris
punctualibus terminis probant Peregrin. ad Confit. Theatinor.
quest. 2. cap. 5. litt. D. §. Postea Pasqual. quest. moral. iurid. 34.
per tot. referens, in Urbe ita decisum, Ledesm. Oper. moral. tit.
de Stat. Religion. in commun. c. 6. conclus. 1. vers. Quarta conditio,
Donat. Rer. regul. tom. 3. tract. 6. cap. 5. num. 10. & tom. 4. tract. 10
cap. 1. num. 48. & 29. de Vecch. in Prax. Nouitor. disp. 13. dub. 15.
num. 5. & seqq. Nouar. in Summ. Bullar. comment. 100. num. 3. &
seqq. Panimoll. decis. 29. num. 3. Dian. tom. 7. tit. de Dub. regular.
resolut. 179. num. 2. Card. de Luca de Regul. discurs. 43. num. 2. &
seqq. Estque in hac parte magistralis decis. 394. per tot. ce-
am Vbald.

Cum

36 Cum quibus ; me scribente , processit hæc Sac. Congregatio in
Neapolitan a 11. Martij 1718. in terminis morbi epileptici , qui
ex adductis per Vvillis de Morb. conuulsu . cap. 12. vbi illum an-
numerat inter morbos scorbuticos , & sequendo Galenum ,
aliosque primæ classis Medicos , notat Castell. in Lexicon. Me-
dico r. verb. Asthma) longè minus Homines vexat , ac faciat
Asthma , vt videre est in tom. 3. mearum discept. Eccles. par. 1. di-
scept. 6. per tot. & signantur num. 8. & 9.

- 37 Supplicantes hic obseruare , quod huiusmodi essentiales defe-
ctus voluntatis Religionis , & potestatis Superioris , admit-
tentis ad Professionem Laborantem morbo , à Constitutioni-
bus Ordinis designato , non operantur nullitatem eiusdem Pro-
fessionis tunc , quando ijdem defectus clarius apparent , seque-
manifestius demonstrant , sed illam inducunt ab initio , taliter
inficiendo actum Professionis , vt hæc perinde habeatur , ac si
nunquam emissâ fuisse , vt egregiè discurrendo notant Bar-
tholomæus de Vecchis , Diana , Card. de Luca , & Rota coram Vbal-
do in locis , supra citatis .

38. Prò quorum facilitori admissione tria præ oculis habere sup-
plicamus =

Primum , quod Emus Archiepiscopus Toletanus , qui Iure com-
muni , & Conciliari attento esset proprius Iudex huius Causæ , qui-
uè de mandato huius Sac. Congreg. Processum compilauit ,
& apprimè informatus præsumitur , & egregiè instructus di-
citur de omnibus violentijs , Principali illatis ab inhumanissi-
mo Genitore , quæ in Partibus notoriarum sunt , suum sensum ape-
ruit prò declaratione nullitatis Professionis , primo Summ. n. 34.
quod omnem meretur animaduersionem , quia admodum atten-
denda sunt consimiles Relationes , quæ per Ordinarios ad S. Con-
grationes remittuntur , sunt verba Rot. decis. 14. num. 17. coram
Ansald. cum alijs concordantibus , citatis in secundo Restrictu
S. 42.

39. Secundum verò , quod siue attendatur primum caput nullitatis
Professionis , per vim , & metum emissæ , siue ob incurabilem
morbum , quo laborabat Principalis tempore , quo illam
emisit , etiam si aliquod remaneret dubium , in isto semper esset
respondendum pro nullitate Professionis , non solum ob Ani-
marum salutem illorum Religiosorum , qui reclamat aduersus
eorum meticulosas Professiones , sed etiam ob Bonum Religio-
nis , iuxta ea , quæ in nostris punctualibus terminis obseruat ,
æquè doctus , ac in his materijs exercitatus Fagnanus , qui fuit
huius Sac. Congregationis Secretarius , in cap. Perlatum n. 53.
de His , quæ vi , metusue caus. vbi sequendo D. Thom. quodlib. 12.
art. vlt. ait = Abeuntibus satius est Pontem , ut dicitur argenteum ,
construere , quam viam occludere , cum quo concordant Amay-
denus ,

denus, Pignatellus, & Card. de Lucia, quorum verba registra-
vimus in primo Restrictu §.43. quibus addimus Ricciardell. in
Lyceo Eccles. tom. I. cap. 3. §. 7. num. 186. & Rot. coram Arguell.
decis. 9. num. 84.

40. Tertium denique, quod ad omnem omnino scrupulum funditus
tollendum, posset dari Principali Iuramentum in supplemen-
tum plenæ probationis, tam circa primum caput nullitatis ex
defectu liberæ voluntatis, quam respectu existentia morbi in-
curabilis tempore Professionis; Quando enim sunt alia præsum-
tiones potentissimæ, adminicula, & coniectura (quibus plenissi-
mum est nostrum Summarium) que nulliter Professio fauent &c.
multi Authores, iijque grauissimi afferunt, dari posse Iuramentum
illius &c. sunt verba Pignatell. consult. 4. sub num. 29. tom. I. iuxta
Roman. impress. Habetusque in hac parte theoreticam Innocent.
in cap. Vidua num. 5. de Regular. vbi Hostiens. nu. 10. vers. Nam
si habaret, Butr. num. 12. vers. Quadam est, Ancharan. num. 3.
vers. Vbi verò, & concordant Caietan. in 2. 2. D. Thom. qu. 88.
art. 1. Nauarr. in Summ. cap. 11. num. 27. Angles. in Florib. part. 2.
de Vot. quæst. unic. artie. 1. difficult. 4. Portell. de Dub. Regul. verb.
Professio num. 11. vers. Neque illi, cum aliis apud Piton. discepta
110. num. 20. ibi = Qui Iuramento ipsius Professi credendum esse,
quando concurrunt adminicula, & præsumtiones, qua illam redi-
dant verisimile, dicunt &c.
41. Cum qua benigna opinione, que Animarum Fidelium salu-
viam aperit, & Tranquillitatem, & Concordiam in Religioni-
bus apta est inducere, & conseruare, Me scribente, sèpè pro-
cessit hæc Sac. Congregatio, neenon alia, Negocijs Episcopo-
rum, & Regularium præposita, quarum aliquis Resolutiores
adduxi in secundo Restrictu §. 44. & 47. quibus aliæ cum ma-
iori otio (quod per spatium annorum 53. Deus nonquam Mihi
fecit in Urbe) facile addi possent.

Quarè &c.

*Dominicus Ursaya Aduoc.
Io. Baptista Melolius.*

•nihiliger adhuc invenimus, sed in Cœli vel universo, unde
•nullius in omnibus mundis est alio et aliud esse in Cœlo nisi
•magis tunc est. Q. 181. secundum. Q. q. non. plausibil
•est. secundum. q. 182. secundum. q. 183.
•est. secundum. q. 184. secundum. q. 185.
•est. secundum. q. 186. secundum. q. 187.
•est. secundum. q. 188. secundum. q. 189.
•est. secundum. q. 190. secundum. q. 191.
•est. secundum. q. 192. secundum. q. 193.
•est. secundum. q. 194. secundum. q. 195.
•est. secundum. q. 196. secundum. q. 197.
•est. secundum. q. 198. secundum. q. 199.
•est. secundum. q. 200. secundum. q. 201.
•est. secundum. q. 202. secundum. q. 203.
•est. secundum. q. 204. secundum. q. 205.
•est. secundum. q. 206. secundum. q. 207.
•est. secundum. q. 208. secundum. q. 209.
•est. secundum. q. 210. secundum. q. 211.
•est. secundum. q. 212. secundum. q. 213.
•est. secundum. q. 214. secundum. q. 215.
•est. secundum. q. 216. secundum. q. 217.
•est. secundum. q. 218. secundum. q. 219.
•est. secundum. q. 220. secundum. q. 221.
•est. secundum. q. 222. secundum. q. 223.
•est. secundum. q. 224. secundum. q. 225.
•est. secundum. q. 226. secundum. q. 227.
•est. secundum. q. 228. secundum. q. 229.
•est. secundum. q. 230. secundum. q. 231.
•est. secundum. q. 232. secundum. q. 233.
•est. secundum. q. 234. secundum. q. 235.
•est. secundum. q. 236. secundum. q. 237.
•est. secundum. q. 238. secundum. q. 239.
•est. secundum. q. 240. secundum. q. 241.
•est. secundum. q. 242. secundum. q. 243.
•est. secundum. q. 244. secundum. q. 245.
•est. secundum. q. 246. secundum. q. 247.
•est. secundum. q. 248. secundum. q. 249.
•est. secundum. q. 250. secundum. q. 251.
•est. secundum. q. 252. secundum. q. 253.
•est. secundum. q. 254. secundum. q. 255.
•est. secundum. q. 256. secundum. q. 257.
•est. secundum. q. 258. secundum. q. 259.
•est. secundum. q. 260. secundum. q. 261.
•est. secundum. q. 262. secundum. q. 263.
•est. secundum. q. 264. secundum. q. 265.
•est. secundum. q. 266. secundum. q. 267.
•est. secundum. q. 268. secundum. q. 269.
•est. secundum. q. 270. secundum. q. 271.
•est. secundum. q. 272. secundum. q. 273.
•est. secundum. q. 274. secundum. q. 275.
•est. secundum. q. 276. secundum. q. 277.
•est. secundum. q. 278. secundum. q. 279.
•est. secundum. q. 280. secundum. q. 281.
•est. secundum. q. 282. secundum. q. 283.
•est. secundum. q. 284. secundum. q. 285.
•est. secundum. q. 286. secundum. q. 287.
•est. secundum. q. 288. secundum. q. 289.
•est. secundum. q. 290. secundum. q. 291.
•est. secundum. q. 292. secundum. q. 293.
•est. secundum. q. 294. secundum. q. 295.
•est. secundum. q. 296. secundum. q. 297.
•est. secundum. q. 298. secundum. q. 299.
•est. secundum. q. 300. secundum. q. 301.

Georg etc.

Dominus Ulysses Adonis. Io. Baptista Melioli.

SACRA

CONGREGATIONES

CONCILII

R. A. O.

LAWES LUDVICO

COLLECTARIO

1697

R. A. O.

1698

R. A. O.

1699

R. A. O.

1700

R. A. O.

1701

R. A. O.

1702

R. A. O.

1703

R. A. O.

1704

R. A. O.

1705

R. A. O.

1706

R. A. O.

1707

R. A. O.

SACRA
CONGREGATIONE
CONCILII

R. P. D.
L A N F R E D I N O

SECRETARIO
Toletana Nullitatis Professionis.

P R O

R. Sacerdote Petro Serano, pretenso
Religioso Ord. Clericorum, Regula-
riūMinistrantium Infirmis.

C V M
R̄mo P. Procuratore Generali eiusdem
Ordinis.

• P. • P. G. •

Restricitus Facti, & Iuris

G • • Typis Leone, & Mainardi 1731. •

Toletana Nullitatis Professionis.

3 Eme, & Rme Dñe. Difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio, sunt verba Text. in Can. Principatus prima quæst. prima. Ex peruolutione autem nostri voluminosi Processus, constantis ex depositione viginti septem Testium, concludentissimè probatum habemus pessimum principium Professionis Principalis, qui talem, tantamque auer-sionem habebat ad statum Religionis, ut post quam in faciem Patris semper ei restitit, eiusque minas, & violentias summa patientia passus fuerat, tandem, post varias violentias, post-que multa vitæ discrimina, satius duxit se præcipitem à Fenestra proijcere, non sine euidenti vitæ periculo, quām eligere Religiosum Statum; Quod alia etiam vice practicauit per viam, quando dolosis persuasionibus deceptus à Patre, ab isto tan-quam Ouis ad occisionem ad locum ei præparatum pro Habitacis Regularis vestitione, inuitus, & repugnans ducebatur; Qui Testes de prædictis minis, & violentijs deponentes, sunt fide digni, & timoratæ conscientiæ, quorum depositionibus adhiben-da est fides, sunt verba Eminentissimi Archiepiscopi Toletani pri-mo Summario num. 34.

2 Quo malo principio posito, actus subsequentes interpretandi sunt compatibiliter cum eorum malo principio, à quo omnes sequentes actus regulantur, & interpretationem recipiunt, Textum in l. Si unus S. Paulus ff. de Pattis cum concordantibus apud Rot. dec. 350. num. 15. coram Cerro.

3 Et hæc est ratio, quare eadem Sac. Rota (post multos concor-dantes) in dec. 210. num. 15. coram Card. Caprara solidè fir-mavit; Hodiè post Concilium Tridentinum rarissimè contingit, ut validè quis sacratè proficeatur, quia scilicet (iuxta præcitos terminos nostri casus) ex latè animaduersis in præteritis Scriptis, & comprobatis in Summario, vel actus posteriores gesti fu-erunt viuente Patre, qui metum incusit; Vel quia sunt æquiuoci; Vel quia destruuntur ab alijs contrarijs, numero maioribus, & qualitate efficacioribus; Vel quia gesti non fuerunt cum præcisa scientia, quod essent apti ad inducendam validam professionem, sed solum negatiuè, & indifferentè; Vel quia interpretationem recipiunt à coactuo malo principio; Vel de-mum, quia etiamsi remaneat aliquod dubium, in hoc dubio, uti se tenente ex parte consensus, semper inclinandum est pro libertate, ratione deficientiæ spontaneitatis, quæ omnino con-currere debet pro validitate Professionis.

4 Quæ omnia absque vlla prorsùs difficultate procedunt quando (& isti

illi etiam sunt praeclisi termini nostri casus) Religiosus, praevio
rigoroso examine in Iudicio Restitutionis in integrum Gra-
tiam ab hac Sac. Congregatione, iuxta modernum rigorem, &
illius laudabilem stylum benignè obtinuit; In istis enim cir-
cumstantijs non erit facile inuenire casum (si excipiatur vna,
vel altera grauissima Causa) in quo post talem Gratiam de no-
uo appensi fuerint in rigorosiori statera actus, adducti, & non
habiti in consideratione pro impedienda Gratia Restitutionis,
ex viua ratione, quia si haec Sac. Congregatio illos habuisset
pro relevantibus ad inducendam tacitam Professionem, Gra-
tiam rotundè denegasset, iuxta quotidiana exempla, EE. PP.
notissima.

5 Respectu cuius laudabilis praxis, ego cum omni veritate asserere
possum, quod per spatium medietatis vnius Sæculi, ex vtrâ, in
vnico tantum casu, nimis singulari, ratione qualitatis Perso-
narum, Episcopus Mantuanus post Gratiam Restitutionis in in-
tegrum, concessam Recurrenti, rationibus adductis in tom. 1.
mearum Discept. Eccles. par. 1. discept. 20. volens manus rigo-
rose apponere in formali Iudicio nullitatis Professionis, fuit
eius Agenti insinuatum, vt à tali nouitate se abstineret, & fa-
ctum fuit ita, vt patet ex tom. 2. mearum Discept. Eccles. par. 2.
discept. 9. num. 82., ibi = Die Sabbati 24. Aprilis eiudem anni
1717. Episcopus præcepit Monialibus, vt eidem D. Margarita
liberum permitterent exitum, effectu punctualiter subsequito.

6 Contrarium autem practicando, aperiretur hodiè via permittendi
Ordinarijs, qui sunt Iudices in prima Instantia, manus rigorose
apponere in similibus Causis, & in futurum non venerari, ne-
que exequi Oracula hujus Sac. Congregationis, de quo gloriatur
ipsamet S. Rota vt, omissis generalibus, in nostris punctualibus
terminis se expressè declarauit in Januen. Professionis 3. Julij
1712. S. Et quaquam in fin. coram Molines impressa in 2. Tomo
Miscell. Sacri, & profani Pompej Vrsayæ mei dilectissimi Filiij
decis. 9.

7 Reflexio, quod poterat Principalis facilis negocio recurrere post
mortem Patris cum impensa vnius folij chartæ, Mibi benignè
facta inter informandum, nullam meretur hodiè animaduer-
sionem in Iudicio Nullitatis Professionis; Et tamen in d. Cau-
sa Mantuana mihi obiecta eidem sequentibus verbis respondi,
& haec Sac. Congregatio respcionem benignè admisit: vt vide-
re est in tom. 1. part. 1. discept. 20. n. 118. ibi = Non subsistit au-
tem, quod cum miserabili impensa vnius vilis quadrantis, seu cum
uno folio chartæ, potuisset Principalis sua Iura ponere in tuto,
quia recurrendam erat ad Vrbem, seu ad Summum Pontificem,
in qua Lites non agitantur cum impensa vnius vilis quadrantis,
sed illæ sunt nimis excessiva, ut experientia docet miseros Liti-

gantes , sunt verba Rot. decis. 527. num. 2. part. 18. recent. , & in effectu docuit infelicem Principalem , qui in hac parte usque ad sydera conqueritur de maximis Expensis, in hac Causa factis, deque impotentia ad alias faciendas .

8 Quibus attentis , quatenus EE. PP. non placeat respondere pro nullitate Professionis , in omnem casum dignentur rescribere Ad Iudices suos , vt in terminis durioribus , hoc est specialis remissionis alterius exemplaris Causæ a sa. me. Innoc. XII. huic Sac. Congregationi remissæ , constanter practicauit in Dubijs Pensionum , & Congruæ 10. Nouembbris 1696. vt legitur in Follo , d. die distributo , ibi = Cùmque æquum visum fuerit Sanctitatis suæ super articulo , plurimum graui , & exemplari , consilium huius Sac. Congregationis exquirere &c. intrepidè rescribendo , Omnia ad Iudices suos , vt videre est in Lib. 46. Decret. fol. 389. & obseruaui in eam. 3. part. 2. discept. 9. num. 158.

9 Et merito , quia in Causis , primæ instantiæ , in quibus requiritur formalis Processus , hæc Sac. Congregatio non solet manus apponere , iuxta notorias Constitutiones ss. mm. Sixti V. & Innocentij XII. nouissimè confirmatas à sa. me. Benedicto XIII. sub die 17. Aprilis 1728. vt videre est in paruo Regesto , vulgo Vacchetta huius Sac. Congregationis sub d. die , ibi = Sanctissimus D. N. Benedictus XIII. per organum Secretariæ Status iussit , per Sac. Congregationem Concilij non amplius recipi , nec cognosci Causas contentiosas , tam Ciuiiles , quam Criminales , ordinem iudiciarium , cum Processu , & probationibus requirentes , secundum Bullas sa. me. Sixti V. & Innocentij XII. quas omnino seruari mandauit , & sub die 4. proximè præteriti mensis Aprilis iterum confirmatas à Sanctissimo D. N. ibi = Quoad Causas cognoscendas in Sacris Congregationibus , exactè seruetur Constitutio 74. Sexto V. cum declarationibus editis iussa. me. Innocent. XII.

Quare &c.

Dominicus Vrsaya Aduoc.

Io: Baptista Melolius.

SACRA CONGREGATIONE

CONCILII

Toletana nullitatis Professionis

P R O

R. Sacerdote Petro Serano prætenso Re-
ligioso Ord. Clericorum Regularium
Ministrantium Infirmis

C V M

Rmo P. Procuratore Generalis eiusdem
Ordinis.



Memorale Additionale.

Typi s Leone, & Mainardi 1731.

Dominicum Natura Ante

Io: Baptista Melo.

Emo, e Rmo Signore.

di sì, A più tardi, neanche la fine
te potrò più in dubbio. Significo
assioche per i libri di cui due anni
dopo la morte, se effetto di tali
fumate come gli molti, e tral' altri
che qualche di quelle Medaglioni
sia Orafo assiso che uomo bravo
essi in spada, con numero di armi
per le quali si debba, e stimarsi
cogliere come j'ho dicendo fui in
formazione l'Emo, e Rmo Signore
Aldavero di Toledo, e chi fu
la commissione per formare il va-



Roponendosi nella prima Sa-
gra Congregazione la Causa *Toleta-
na nullitatis Professionis*, doppo esser
già decisa sopra la restituzione in
integrum, quale Grazia, fù all'Ora-
tore benignamente concessa da gli

Emi,

E^{mo}, e R^{mo} Signori Cardinali nel
dì 21. Aprile, essendo anche più volte
proposta in questa Sagra Congre-
gazione per lo spazio di cinque anni,
che fù introdotta , ad effetto di ria-
sumere tutti gli motivi , e ragioni ,
che d'ordine di questa Medesima Sa-
gra Congregazione furono giustifi-
cati in Spagna , col numero di venti
sei Testimonii fide digni , e timorate
coscienze come lo dice nella sua in-
formazione l'E^{mo} , e R^{mo} Sig. Card.
Arcivescovo di Toledo , a chi fù da-
ta la commissione per formare il vo-
luminoso Processo , *auditio Superiore
locali, & Fiscali Ecclesiastico.* Pertanto ,
ed stante la Giustizia colla quale hà
rappresentato detti suoi motivi , e
con essi Giustificato la nullità di sua
Professione , fatta per forza , ed in-
numane operazioni del suo Geni-
tore .

Il Padre Pietro Serrano Oratore
umiliss. dell'E.V. divotamente la sup-
plica degnarfi a vedere colla sua soli-
ta benignità il Sommario; e riasume-
re tutte l'altre difese distribute per
questa causa. Che così, non dubita
avere il rescritto *Affirmativo*, e con-
seguire l'intento suo, per quiete d'ani-
ma, e corpo: tale, quale sì lascia con-
siderare alla mente sublime di V. E.
per cui conservazione pregarà sem-
pre al Signor Iddio. Che &c.



All' E^{mo}, e R^{mo} Signore
il Sig. Cardinale

PER

Il P. Pietro Serrano Oratore
Umilissimo.

Roma Typis Rev. Cam. Ap. 1731.

Dic' quoniam proposita fuit h̄c causa in sacra
Cong. Concilij, tam pro Vestituzione in Integrum,
quam pro nullitate Professionis et Decretis

Die 2. Decembris 1730. Decretum: Dilata-

Die 13 Januarij 1731. Decretum: Negative-

Die 10 Martij - Decretum: Iterum proponatur -

Die 21. Aprilis - Decr. Provo Recopm a Deijsu X. ehe locum
Vestituzione in Integrum. & praevia confectione novi Processus
faciundi per ordinem una cum sup. Corali; causa super meritis
nullitatis disputationis in sacra Cong = Ab hac secunda Decretu
parte convulni SSmo P. N. et Decretavit -


Die 16 Maij. Ad congreg. concilij, in qua ab ipso novo Processu
proponatur dubium nullitatis Professionis ab ore emissi -
et hoc idem dixit et confirmavit sacra congregatio Die 2. Junij
et quod in proxima proponeretur dubium super meritos nullitatis -
Die 16 Junij. proposita fuit. Et mature considerata, fuit Veto


ponuntur -


Ad unum Ordinarium, qui una cum Superiori locato
procedat prout de luce = quod fuit confirmationem suij
letterum App: a S. D. N. P. Clem: XII. ut ex illis constat -

— which is always the best strategy unless the
target is something you can't afford. And
Carmel is — mostly — the easiest one, since
— small amounts — like 1000 pieces of art
— which amounts to \$1000 — would still
— strategy works because — well, it will
— make the target a much easier task than 1000
— pieces of art — and — strategy is a natural
— when you have them — you are much more likely to succeed
— successfully. And the — good news is that if you follow
— research is the best strategy since
— large ones are less effective, so you'll do well if you
— think of the goal as a small and manageable
— task with a few pieces of art, since you're less likely to
— make the most effective strategy — strategy is best when you're
— trying to make something happen.

— And finally, we're doing something that's
— not necessarily large — and it's very efficient
— effort level in art. And Carmel is again well














12

2613

34/6

2613

34/6